tionis circa nos habite Vnde cirillus Desiderio desiderat q. d. hec
est vltima cena quam facio vobiscum / id est in amabilis
Sicut qui peregrinatur ad remotas partes a seminatem vltima
verba dulciter proferunt et desiderat intime solet multo cum

luc 22
cena vltima

No

Sz sciendu q dominus geminat vocabulu desiderij dicens de
siderio desideraui ut innuat se hre duplex desideriu primu
de consumacione veteris testamenti / 2m de inchoacione no
ui sacramenti quod erat sibi in desideriu / cogita quam sen
q longo tpe hc desideriu domini fuit protelatu et non
deficit / si quis ad tpus tuu differt desideriu tpe caritatis
omnibus diebus vite sue p9 nos cucurit in sui feruetissimi
desiderij salutis nre Et nos si quis non valemus habere de
sideria bona saltem habeamus voluntatem habendi desideriu
nre id / Concupiuit aia mea desiderare iustificaciones tuas / 2
tur acceptabit voluntatem pro facto Dicat aut dns h ut se
pati voluntarie ondat / tunc passionem immolato agni typici
et pascha iudaicu psignabat / et ut demostret affectu que
hz ut legalia cessent et vitas eiusdem cret Scdm Bedam
desiderat primo typicu pascha cu discipulis manducare, et
passionis sue misteria mundo declarare / et quatinus 2 legis
pasche pbatorem cristat et hc figuram vi pasche fuisse dote
eo veter ultra carnaliter exhiberi sm q rei figura defecit
manna pqm comederunt filij isrl de frugibus tre promissi
onis nec vsi sunt vltra cibo illo / vnde dt / hoc pascha discretive
sz qd est omnibus predentibus nobilius siue sub moyse siue
sub Ezechia siue sub yozne celebratis Manducare vobiscu
primo vetus id terminando / deinde nouum id instituendo Et
in hc quod dicit Desiderio desideraui notatur eius liberali
tas et fauor dandi Sz in eo q dicit hc pascha notatur va
lor dati Sz in eo qd dicit Manducare vobiscu notatur amor
dantis Sz in hc qd dicit Antequam paciar notatur oportunitas tpis
Deinde apposito desiderio conandi subiungit tam sui deside
rij dicens Dico enim vobis q ex hc non mand id donec impleat
in regno meo, q.d. Non comedam vobiscu amplius id pascha
legale in figura et signo / sz in figura veritate et signato
i. manducabo vobiscu vnu pascha s. corporis mei que statim
etiam ipsis cenatibus sibi ipsi 2 discipulis suis corporis et sanguinis
tradidit misteria / Et hc est qd dicit No ma vobis s vetus pascha
donec impleatur i. nouum pascha instituatur vel institutum ce
lebretur in regno meo i. in ecclia mea Vel sic secundum Bedam
No mad vo id q.d. Amplius non manducabo vobiscu pa
scha corporale, donec in ecclia manducetur pascha spirituale sic in
lr donec teneatur ecclesie vt sit sensus Nunq vltra vetus pa
scha manducabo Manducat aute et manducat pascha spirituale
le, primo p sacrati eucaristie institucionem que in die cena facta
est / 2o p sue passionis consumacionem que sequenti die facta est / 3o per
passionis 2 vnionis annualem et deuotam recordacionem De hc 1 Cor
v. pascha nrm ymmolatus est xps / Certo p vite veteris mutacionem

qui s. homines transeunt de culpa ad gratiam Ro. vi. Ut in novitate vite ambulemus / Tertio quando electi transeunt de hoc mundo per mortem ad premium / Et hoc in generali ratione per corporum et animarum de egipto ad terram promissionis translacionem Phil. 3. Reformabit corpus humilitatis nostre / Et hoc secundum ipse non manducabo illud s. vetus et legale pascha . donec sacramentum dominici corporis et sanguinis in hoc veteri pascha spiritualiter intellectum in regno dei i. in ecclesia unitate impleatur i. instituatur ut institutum celebretur / q. d. Non comedam ut celebrabo amplius in figura et signo sed in veritate et signato Ipse enim postea suppositum corpus Christi suum sub sacramento et instituit omnium hodie in ecclesia vetus et figurale pascha impletum manducat quia ea que lex rudi populo carnaliter observanda precepit, ipse in membris suis que est in ecclesia sua spiritualiter creavit In hoc igitur regno concedit corpus suum i. nos illud in eo comedere facit sic postulat pro nobis i. postulare nos facit Sacramentum enim eucaristie quo nos per fidem spiritualiter manducamus et ipse manducat nobiscum incorporando nos sibi per istud sacramentum / quod alloquens Augustinus dicit Cibus sum grandium non mutaberis in me sed tu me mutaberis in te Non donec hic non ponitur exclusive sed inclusive / Et accepto calice s. vini quo ad pascha indiguit gratias egit frequenter et dixit Accipite et dividite inter vos / Gratias egit quia instabat complendi desiderium ut post immolationem agni typici sequeretur immolatio agni veri s. Christi / et quia vetera transiebant et nova fiebant omnia dum vinum et azima in corpus et sanguinem domini eius benedictione transsubstanciabantur Non ait enim bibam a modo de geniminie vitis s. materialis i. de vino quod generatur in vite s. typicum potum donec veniet regnum dei quod intellige ut supra de cibo est dictum Unde Beda Sic super typici agni esum sic etiam potum pasche negat se ulterius gustaturum, donec consistit et manifesta omnibus gloria regni dei fides mundo adveniat ut per duo maxima legis edicta esum vero potum quod paschale spiritualiter immutata discerneres omnia legis sacramenta ut iussa que carnaliter sonare videbantur ad spiritualem iam observantiam fuisse transferenda Et secundum Augustinum Lucas de duplici calice mentionem facit Primo de calice vini predicto quo ad pascha indiguit Secundo de calice sanguinis sui de quo infra est dicendum Calix domini argenteus duas habet et inde habens ansulas [crossed out] et potare galliciam mensuram capit / Legale igitur pascha cessavit et impletum fuit in regno ecclesie cum omnia sapientia paravit mensam novi sacramenti Ubi posuit panem corporis et miscuit vinum sanguinis sui / Legalia enim habuerunt esum suum et obligacionem usque ad Christi passionem in qua oblatum est unum perfectum sacrificium evacuativum legalium / Et ideo usque tunc Christus

Calix domini qualis fuit

legalia seruaint · et simlr alijs seruada madaint / Unde
dicit Augus Et legalia tn̄ fuerut an passionē domini viua
pq passionē mortua sꝫ pagim tlazunt vitas etiam p̄ mūdi
fuit sepulta Exta vo sacta usqꝫ ad finez mūdi in silo vigo
re manebunt / hic pomnt̄ dne bitacos p̄ma Notum
dns ihūs xpc volunt vetus pascha madutare Sc̄a no
dns ihūs agnum paschalez comedit scdm ritū iudeo
Nd p̄maz videt̄ q̄ non Enī enī pnte luce vmbra
cedat s̄ pnte vitate fia Sz ipse erat vitas z pnis zoz
go q̄ non debunt vti agno paschali Sz q̄ xpc agnum
paschalez comedit Naz dt petro comestor in hystoria sco
lastica / Nusqꝫ legit̄ dns comedisse carnes nisi agni
paschalis Et hꝫ multiplici ratōne Primo ꝑpter legis adhuc
durātis impletom̄ ne iudeos scand alizaret Scriptū enī erat
Omnis aīa que no fecerat ꝑse phase pibit illa aīa de
isrl Scdo ꝑpt legis pro tpe suo approbacom̄ cōn futuros
hereticos qui dicturi erat ipaz no fuisse a deo data / ymo
nouā a deo · vetem a dnalo esse datā / zo ꝑpt sacra
mētorū legaliū tmiacoz · q̄r finis legis xpc scdo se z no
uorū institucoz / Qrto ad manifestandū suiez habebat
ad nos tenerrimū amorez / Joh zꝫ Enī dilexisset suos
qui in mūdo erant usqꝫ in finez dilexit eos Et patz
q̄ dns tūc memorē vetus pascha ymolabat Nd scdm
q̄ de forma maducacōnis agni paschal scribit̄ Exo zꝫ
ymolabit agnū sine macula vniūsa multitudo filiorū
isrl ad vesperū pasche et sumet de sanguine eius et
ponet sup vtrūqꝫ postem et in sup liminaribus domorū
in quibz comedet illū / et edent carnes illas nocte as
sas igni et azimos panes cū lactucis agrestibz / no
comedetis ex eo crudū q̄ nc coctū aqua sꝫ assū tm̄ igni
caput cū pedibz eius et intestinis vorabit · nc rema
nebit ex eo quicq̄ usqꝫ mane / si quid residuū fuit igi
comburetis Sic aūt comedetis illū · renes vros accinge
tis calciamenta habebit in pedibz · tenetes baculos in
manibz z comedetis festinat̄ Enī go dns ihūs xpo dicat̄
q̄ vespe aūt facto recūbebat cū duodeci discipulis
no videt̄ q̄ scdm ritū legis illū agnū paschalez co
mederit Nd hac igit̄ dubitacōz sic rndet Theophilus
dicens Si quis querat qualit̄ dns recūbere dicit̄
cū iudei states pascha maducaret · dicāq̄ q̄ dum
maducarēnt pascha steterūt et states comederūt iu
legez / p̄mo sō vo accūbuerūt maducates alios ci
bos Vn̄ Joh zꝫ pq lotom pedū reassūpsit vestimēta
sua et itm̄ recūbunt Sz cūr quint eug Sz ihs xpc more

dna

Vna

1

2

Iudeorum pascha comedit. Nunc nos eum imitari debemus
in hoc ut pascha non ritu iudeorum comedamus. Ad quod
inducet quod ihesus christus factus est sub lege, non ut eos qui sub
lege erant sub lege relinqueret sed ut ex lege eos educeret.
Aliqua tamen carnaliter celebrata in comestione agni paschalis
hec spiritualiter observamus in susceptione corporis christi quem in
azimis sinceritatis et veritatis dicente apostolo accipere debemus.
Primo igitur filii israel sanguine agni utrumque postem et super-
liminare liniebant. Sanguis agni est sanguis christi. Volens
igitur corpus christi suscipere utrumque postem eius sanguine lini-
at, id est eius passionem in intellectu per veram fidem et affectu
per devotionem recogitet. Hebr. xii Recogitate eum etc. Luc. xxii
hoc facite in meam commemorationem. Superliminare autem inte-
rius est super quam sanguis christi ponitur, quando corpus christi recta
intentione suscipitur vel eius passio recogitatur. Sicut enim
superliminare hostio sic intentio preminet actioni. Dicitur
autem in plurali in superliminaribus, quia duplex est superliminare,
scilicet cordis de quo dictum est, scilicet intentio. Aliud corporis, scilicet dominice
passionis per configurationem imitatio, id est Petri 2: christus passus est pro nobis etc.
Secundo volens manducare verum agnum, id est corpus christi debet come-
dere ipsum cum panibus azimis, per castitatis puritatem, id est Cor. 5 In
azimis sinceritatis quo ad caritatem sine qua nullus accedere
debet. Vel secundum Gregorium panes sine fermento comedit qui
se ad commixtionem ... bona opera sine corruptione
vane glorie facit. Matth. 6 Attendite ne iustitiam vestram faciatis
coram hominibus. Tertio debet comedere cum lactucis agrestibus, per ama-
ritudinem cordis contritionem, sine qua peccatori peccatum non dimittitur.
Osee 14 Sanabo contritionem eorum et diligam eos spontanee.
Quarto nichil crudum vel aqua coctum sed tamen igne assum
debemus comedere. Iste enim agnus non fuit crudus sed tripli-
ci igne assus, scilicet igne spiritus sancti conceptus Luc. 1 Spiritus sanctus
superveniet in te etc. Secundo igne divinitatis plenus Col. 2
In ipso habitat omnis plenitudo corporaliter. Tertio igne passionis adustus
ps. Igne me examinasti etc. Debemus ergo ipsum assum igne
suscipere per fervorem devotionis precedentem. Quinto debemus caput
cum pedibus vorare et cum intestinis. Iste agnus habet caput, scilicet di-
vinitatem, id est Cor. 11 Caput christi deus. Habet pedes, scilicet carnem. ps. Ado-
rabimus in loco ubi steterunt pedes eius. Habet media, precipue
secundum interiorem compassionis in sermone cene dominice, scilicet ... ma-
ducat. Hic enim ... omittitur. Sexto debet comedi a ...
... per veteris conversationis depositionem, quod renibus accinctis per
castitatem, pedibus calceatis per affectionum a terrenis elongationem,
Cuius signum fuit esse quod dominus prius lavit pedes discipulorum

qui daret eis hec sacramentum Iste vero bachis in manibus per sen
prius custodiam diligeter, predicte conditiones requiruntur
quantum ad declaratorem mali et quantum ad operatorem boni requi
rit primo quod in domo vna comedatur per caritatem vnitatem
Secundo quod a vicinis per fraternam concordiam et amorem, 3o festi
nanter per spiritualem auiditatem et desideratam comitatem, Quarto
totaliter per fidei integritatem Quinto sine ossium comminutione
per simplicem sacramenti venerationem.
Et edentibus illis dixit Amen dico vobis quia vnus vestrum
me traditurus est Et contristati valde ceperunt singuli
dicere Numquid ego sum domine At ipse respondens ait Qui in
tingit mecum manum in parapside hic me tradet filius quidem
hominis vadit sicut scriptum est de illo / Ve autem homini illi per
quem filius hominis tradetur Bonum erat illi si natus non
fuisset homo ille Respondit autem Iudas qui tradidit
eum dicens Numquid ego sum rabbi Ait illi Tu dixisti Cum
prius dominus manifestat suam passionem facto / quia per esum agni pa
schalis qui erat figura passionis eius Nam manifestat suam pas
sionem verbo Et primo suam traditionem dicens vnus vestrum qui di
scipuli qui amici qui domestici estis tradet me magnam
veritatem animam fidelem, totum innocentem / Et est vnus non duo
vel plures quia vnus malus non facit collegium malum Et vobis
vnio si non vnito. i Ioh 2. Et vos prodierunt sed non erant ex vo
bis Sibi sciens Et sic ipse suam predixit passionem ut manife
staret se sponte passurum Sic hic manifestat suam passionem
traditionem primo ut traditor peniteat et a sua resiliat ma
litia quia videbat ipsum non latere heb 4 Omnia nuda sunt
2o ut se voluntarie pati ostendat / potuisset enim si voluisset ipsi
tam traditoris malitiam declarasse / 3o ut se verum deum demo
straret cui et corda hominum patuerunt heb 4 Non est inuisibi
lis vlla creatura in conspectu eius Quarto ut discipuli videntes
eius futura prescognoscere in fide roborarentur Ioh 13 Sic dico prius
quam fiat ut cum factum fuerit credatis Quinto / ipse vendicat proditorem
illis edentibus Tertio ut maior appareat iniquitas tra
ditoris Magna enim est ingratitudo tradere suum comensalem do
minum et nutritorem Vnde de hoc conqueritur dominus Apocalipsis 6
Qui edebat panes meos 4 Secundo edentibus predixit suam tradi
tionem, ut ipse numquam delicias suorum memores tristitie eius
ne mane letitia despoliant Amos vi Qui impetrant quibus
dam qui ipse epulari tristitie domini sui immemores
Qui comeditis agnum de grege et vitulos de armento
qui canitis ad vocem psalterium bibentes vinum in phialis
quia in nullo compatiebatur super contritione Ioseph Sexto pretera
dominus discipulis suis primo tractatur ostendit deum dicens

habetis aliquid quod maducet hic vlt. Et hoc ideo
ut gaudium nrm amaritudine temperet. Proditore
tn suu no nominat. pmo ne manifeste correctus impude
cior fieret et tanto pssipsiosy pectaret. Scdo ne aliquis
discipulorum et maxime petrus eu occideret. 3o ne pcedi
occulta crimina occasionem pberet. 4to ut iudas sic tacite
occulte apd se tamq consciu peniteret. Sumitur quare do
mi9 rector optim9 in scola sua sacratissima taz repro
bu tolerauit. Re. Augu. Et hoc fecit ad exemplu nre
patientie. qz nce erat ut int malos viuem9 z ut
malos siue scientes siue nescientes tolerarem9. Vn
Aplo. Scola xpi in malo non deficit. Non nulli cristes
bon9 habitas cu malignis deficere. Atho Millini col
legiu tam scitu est. qui alquis pctor ul malg ibi
inueniat. Iob. 1. Cu venisset filii dei ut starent coraz
dno. affuit et sathan int eos. Concordat Greg. pns
vita int celu et infernu sita est. sic in medio. et lo
vtraqz partiu recipit. ciues pri celi et inferni. i. bonos
et malos. Si igr boni in hac vita estis malos equa
nimiter tolerate. qz quicuqz malos no tolerat. ipe
sibi per intolerancia testis est. qz bon9 no est. Abel
em esse renuit quem caym malicia non exercet. Va
sa em figuli probat fornax et homines iustos prob
tribulacio. Vn cu quidaz heretic9 vincenag nocie de se
cta donatistarum btm Augum reprehenderet qr alios p suas
correctões emedare nitebatur. cu tn aliquos inordchos in suo
claustro hrt viciosos. Scribit Augu. Quantumlibz vigeat disciplina
na dom9 mee ho sum et inter homines viuo nec in
arrogare audeo ut dom9 mea melior sit qm archa noe
ubi int octo hoies vn9 reprbs inuent9 est. s. cham. Gen. 9.
Aut melior sit qm dom9 habrae. tm dictu est. Eice ancil
lam et filiu ei9. Aut melior sit qm dom9 ysaac. cui de
duob3 gemiis chal. i. dictu est. Iacob dilexi. Ezau aut odio
habui. Aut melior sit qm monasteriu ihu xpi ubi sub
optimo rectore tociq vniuisi ceteris discipul proficientib3
vn9 pessim9 inuent9 est. qui no proficit s3 tm deficit ut
eciaz in mortem sui rectoris machinaret. s. iudas. De
quo hic dr Vn9 vrm tradz me. Vn z alius ewanta sic
dicit. Ecce man9 tradentis me. mecu est in mensa. hoc
id posset hodie dns dicer de multis sacerdotib3 qui me
scm dom indigne attingere psumunt. qui tursu quo

Item

in se est mito peccatorum filius dei crucifigendus traditur per hoc enim quod in mensa denunciat suum proditorem designat quod multi proditorie veniunt ad suam mensam. Neque est peius est tradere spiritum peccatoribus membris quam ambulantem in tribus peccatoribus iudeis sunt sed et hodie quam et in sempiternum ve homini illi qui ad mensam domini indignus accedit qui insidias mente condit qui preceptis aliquo scelere polluto misteriorum christi secretis participare non metuit. Et ille enim in exemplum iude filium hominis tradit non quidem iudeis peccatoribus sed tamen peccatoribus membris suis qui ad inestimabile domini corpus violare presumunt ve michi illi homini de quo illic qui altaribus sacrosanctis in prolatis utpote proposita consecraturus adesse non dubitat astantibus sibi ministris assistentibus queret cogitacio ecce manus tradentis me mecum est in mensa. Hec Beda. Et ut dicit Aug. tales sunt omnes in ecclesia qui insidiantur fratribus suis cum quibus ad eandem mensam frequenter sunt. Posuit autem dominus de proditore et eum quodammodo revelavit tripliciter de causa. Primo ut ostenderet se deum qui futura contingencia prenoverat. Secundo ut ostenderet se sponte nec pati quod prescire potuerat mortem quam presciebat. Tertio ut proditorem peniteret qui se non sed patrem latere credebat. Unde Ieronimus et in de passione predixerat et de proditore predicat dans locum penitencie ut cum intellexisset sciri cogitaciones suas et occulta cordis consilia peniteret eum facti sui et tamen non desistunt eum spectare ne

[Nota] manifeste coargutus impudencior fiat sed mittit crimine in numero ut tostius penitenciam agat. Hec Ieronimus. Et notandum quod a mali perpetracione solet aliquos quatuor modis retrahi quibus et magnitudine inmense sue temptavit dominus proditorem suum a tanto scelere perpetrando

[1] ad primam revocare sed pudorem. Unus ex vobis tradet me. Et manus

[2] tradentis mecum est in mensa. Timore per comminacionem supplicii cum dicit ve autem homini illi per quem filius hominis tradetur. ut qui pudorem non primat

[2] timorem corrigatur. Beneficii exhibicione cum illum ad mensam recepit et ei pedes lavat.

[3] Affectuosa oracione in blanda allocutione cum dicit amice ad quid venisti. Sic exemplo christi debent prelati subditis etiam malis exhibere beneficia et quantum in se est eos revocet a sua vita mala. Sed iudas ullo horrore flagicii hominem tradat quem dei filium noverat. Passionem ergo ihesu christi pie considerare volenti occurrit prima perfidia proditoris qui tante fuit fraudis veneno repletus ut magistrum et dominum proderet. tanta cupiditatis flamma succensus ut deum argento venundaret et preciosum christi sanguinem vilis mercedis precio compensaret. tante demum ingratitudinis ut ei qui sibi omnia commisit et ad culmen apostolici honoris provexerat venderet ad mortem. tante duricie ut nec familiaritate convivii nec humilitate obsequii nec suavitate colloquii nec [illegible]

osculi a concepta malicia potuit revocare. O mira benigni-
tas xpi in discipulis suis dum in suum nequissimum vi-
lis inexplicabilis fuit proditoris impietas. in immensum ty-
eam extirpat agnus de dulcissima mansuetudo / in exemplum
data mortalibus ut iam non dicat ab amico stupata huma-
na infirmitas Si inimicus meus maledixisset michi sustinuissem
utique / quia ecce homo unanimis qui dux videbatur et notus
qui panes xpi edebat et in sacra illa cena dulces cibos cape-
bat cibos magnificavit super eum supplantacionem et levavit
calcaneum suum contra eum quia conabatur suppeditare eum Sic ho-
die multi prelati clerici religiosi qui laute vivunt de pa-
trimonio crucifixi levant calcaneum contra xpm in membris
suis suppeditantes ea et affligentes calumpniis et exactionibus
iniustis Sed sic mali letantur de maleficiis ut dicitur prov. 2.
Sic econtra sancti de eius contristantur. proprium enim est sanctorum de
peccatis proximorum contristari unde apostolus Ro. 9 Tristicia magna
est michi et continuus dolor cordi meo. Et ideo discipu-
li audientes dominum dicentem unus vestrum tradet me Con-
tristati sunt valde / Augo. primo quia eum valde dilige-
bant / 2o quia in tam sancto collegio aliquem tam nequis-
simum esse vehementer dolebant / 3o secundum Orig. Eciam
cum discipulorum et doctrina xpi sciebat naturam humanam
ad malum esse pronam et in certamine huius vite debilem
et ideo quilibet eorum valde timuit / unde Augo. Sic in
discipulis xpi erga magistrum suum erat karitas ut tamen inter
eos alterum de altero humana stimularet infirmitas unde
Joh. 13 dicitur Aspiciebant adinvicem discipuli hesitantes de quo
diceret Tho. Secundum discipuli habebant maximam ad xpm
caritatem et maxime fidei puritatem firmitatem. Ex ca-
ritate quidem presumebat quilibet et se quod nullus eum erat nega-
turus / sed et fidei firmitate certissime tenebat quod ver-
bum xpi falsum esse non poterat / et ideo licet sibi ipsis non es-
sent conscii alicuius mali tamen premunicionem xpi propriis cogita-
cionibus veriorem et credibiliorem putabant / unde homines
esse memores et alterabiles esse affectu circa adhuc pro-
nectorum ita ut nunc non velit id quod prius voluit de se
dubitabat / et non aut de veritate verborum xpi Et quod aspiciebant
adinvicem hesitantes de quo diceret / unusquisque enim dubitabat
de altero / quia interiores et mutacione faciei reus esse
cognoscitur Sed quia dubitacio instigat hominem ad inqui-
rendum / ideo discipuli timore attoniti / ceperunt singuli
dicere Nunquid ego sum domine Marc. 14. Omnes discipuli tan-
quam ut fiat armonia in cithara Sed omnes nescien-
tes tensi / consona voce respondent Nunquid ego sum
domine / Crisost. Ex tedio et veri presciti de futuro malo

timuerit. quantu nos infirmos timere oportet qui nesci si in cari
tate sumus nescimus. Ecce q. Nesciat ho utr pe dileccoe q̄ms in
telligit. Et an finalit in gra uel extra eam discedemus
1 ad cor. 6. Qui se existimat stare videat ne cadat. Et Job
9. Et si lotus fuero q. aquis nivis etc. Luc 22. Et ceperunt
querere inter se quis esset et eis qui esset hoc facturus. Cor
ra triplicat quesierunt primo quilibet in consciencia sua dilige
ter cogitando an aliqui de xpi tradicione cogitasset 2o
inter se mutuo colloquendo 3o a domino inquirendo
Sed salvator nr ad discipulorum inquisitionem statim reddit
proditorem suum manifestando, sz tam generalit ut articula
te cognosci no posset dicens Qui intingit etc. Omnes de uno
vase edebat sz aliis magis retrahentibus iudas cum dno ma
num misit in catinum ut audacia bona consciam mentiret.
Ecce humilitas xpi et paciencia qua proditorem ad mensam
et scutellam suam admittit. Et secundum Petro. sicut hic mira
domini apparet paciencia, qr primo dixerat. vnus ex vobis
me tradet, perseverat proditor in malo, manifestius arguit
et tn nomine proprio no designat. Vn per hoc cerbum xpi nō pote
rat determinate apprehendere quis esset. qr omnes duodecim de
eodem vase in communi cum dno suo edebant. Ceteri aut di
scipuli seorsum in alia mensa comedebant. Quasi dicat vnus
ex duodecim me tradet. Et ex hoc satis apparet qd aliqui di
scipuli presentes erant. Et aut Matheus parapsidem et marcus ca
tinum dicat. vnus quadraturam vasis alter qd esset ficti
le opus designat. Est enim parapsis vas quadratum hns
pares absides i. latera et extremitates. Catinus vero
vas fictile seu luteum ad immittendum liquorem et ad pla
alia aptum. Conspice nunc bn discipulos et compatere tam dno
quam eis. qr in magno dolore sunt positi. Ille aut proditor
ne verba haec ad eum pertinere videns comedere no cessat int
ceteris enim contristatis ac retrahentibus manus et intermittentibus
eciam suos cibos. Judas temeritate et impudencia qua pro
diturus erat intinctum manum mittit cum eo in parapside ut sic
ex audacia bonam consciam mentiret. Et debes scire qd ipa men
sa erat in terra et more antiquo in terra sederunt ad cenam
in cenaculo strato qui iacendo recumbentes. Erat aut ut credit
quadra, de pluribus tn tabulis facta. Et prout narrant e
qui eam rome in ecclesia lateranensi viderunt in vno qua
dro est duorum brachiorum et palmi. ita qd licet stricte et arte
tn ut creditur tres discipulorum in vno quadro sederunt
Et duo similiter in aliquo angulo et Johannes iuxta eum erat
ita qd omnes de vno vase comedere poterant. Ubi adverte
dominum humilitatis et caritatis. qr cum pauperibus illis disci
pulis et iuda proditore in eadem mensa eodem cibo et potu

eodem catino et calice mgr et dns participat Non sic
hodie multi religiosi faciunt qui dissimiliter a fratribus
refici no erubescunt Sz videtur q dominus no debuit ma
nifestare crimen suis sm occultum mt 18 Si peccauerit in
te fr tuus etc q occulta correctio debet occulto peccato
si peccator corrigibilis est Iudas aut velud pscitus erat incorri
gibilis Ioh 17 dr Non pdidi ex eis nisi filium pditionis
Deinde saluator scelus proditionis replicat ut saltem pro
ditor sit correctus a malo pposito pedem retrahat d. Filius
quidem hominis etc vgimus. Nominat aut se filium hominis Naz
scdm qd homo passus est Traditur s. ad mortem turpissima
iuda tradente Sic scptum est de illo ysa liii Sic ouis ad
occisionem ductus est Et dan 9 post sep lx hebdomadas oc
cidetur xps Et nequaquam enim christus passus est prius a prophe
tis sic fuit pdicta Et ideo dicit Sic scptum est de illo Ted
nonnt addidit scdm glo Ad consolacionem et confirmacionem
discipulorum q no estimaret infirmitatis q erat passurus
sz diuine pordinacionis et voluntatis Sz d q Ex quo ita scp
tum erat p prophas xpm debere pati et ab vno discipulorum
suorum tradi videtur q iudas excusetur a scelere et precipue
cum per tradicionem et passionem xpi salus mundi facta est Et
d. Nichilominus incusatur iudas Non enim tradicio iude
mundi salutem opata est sz xpi sapia qui malicia ne
quicia iude ad id qd nob expediebat vsus est Nec
iudas tradendo dnm hominis intendebat salutem sz sue
consulere cupiditati Deinde dominus proditori suo
cominatur eternum supplicium d. Ve aut homini illi p quem
tradetur etc z. Ve duplici cordis et labiis scelerati pre
dicat aut ei dns penam ut timore pudore criminis non
retraxit denunciata saltem supplicia torqueat ut sic a crimine
perpetrando retrahatur Et quia incorrigibilis pmansit ideo co
minacionem exaggerauit d. Mt 26 Bonum erat illi si no
natus no fuisset ho ille Sz d q Si no esset natus neque
ei bonum neque malum esset. Dicitur scdm glo ordi Et me
to melius est omnino no esse q male esse, Et sic simpliciter
melius fuisset iude no fuisse q eternaliter male esse Et
hic dicitur glo intelligi Sz no simplr sz ad intencionem dam
natorum qui magis vellent no esse q esse in perpetuis pe
nis Vnde dr luc 23 Tunc incipient dicere montibus cadite
sup nos et collibus operite Simplr enim loquendo melius
est iudam esse in penis perpetuis q ipm no esse quia mi
est in rerum natura qui ad bonitatem in se includit diabolus
enim hz in se ad bonitatem quia creatura dei est et executor
diuine iusticie et tortor malorum Et breuiter omnia a deo
creata bona sunt Nec datur in rerum natura purum malum

quia si esset dabile primu malu tunc esset dabile primu
ens nichil existens quod includit contradictionem et in idem eciam dicere
in rerum natura est ens. sed ens et bonum convertuntur. Ideo secundum Aug. Ecclesiastes
secundum visitatum modum loquendi homines loquitur quia eligit magis
non esse quam in penis perpetuis male esse. Alio modo exponitur
de nativitate ex utero sic. Bonum erat illi id est minus ma
lum. si natus non fuisset homo ille. scilicet ex utero sed in utero ma
tris mortuus. quia tunc tantum penam dampni pro originali peccato
pateretur. et non penam sensus pro actuali. Tercio exponitur de
nativitate spirituali ex diabolo sic per peccatum sic. Bonum erat
si natus non fuisset. id est si semine diabolice suggestionis sibi immis
sum interius non concepisset. et ad perniciosum fructum oper
acionis illud non produxisset. Et de hac nativitate Ioh. 8.
Vos ex patre diabolo estis. Quarto exponitur de nativitate
spirituali ex Christo qua nascebatur qui ad lumen fidei et Christi di
scipulatum vocabatur. Melius enim ei fuisset si tante dignitatis
apicem non attigisset. secundum id. 2. Pe. 2. Melius erat eis non
cognoscere viam iusticie etc. Et tacite quia illos acerbissimo pun
ciens supplicio. Sed ne proditor ceteris interrogantibus tacens
nocteretur sub accusacionis silencio. Ait illi scilicet Domino Nunquid
ego sum rabbi. Glossa. Non vobiscum Dominum sic alii. quia iam a
se magistrum Dominum excusserat aliis sub eius magisterio remanentibus
Et Iudas quodammodo sceleris prodicionis reclamat ut et vno
cens tu ceteris credetur. Vel secundum Ieronimum Rabbi dixit non
domine ut aliquale excusacionem habeat. si dominum negato ma
gistrum tradet. quasi diceret Non est ita generale et scandalosum si
quis magistrum prodit. sicut si quis dominum cum tenetur serue
et in omnibus obedire. Ait ille scilicet Ihesus Tu dixisti quasi diceret
Tu te prodisti non ego. Rabanus. Eadem responsione confutatus est pro
ditor qua Pylatus magis indicatus. Tu dixisti. Remigius. Hanc respon
sionem domini non omnes discipuli intelligebant sed solum
ille qui in prodicionis sceleris conscius erat. Nondum totam
discipulis eius exprimit ne delictum suum in hoc aliis publicaret
sed consciencie iude se eius delictum scire significat. Poterit enim per
hoc veram intencionem iude sic moneri quod alios latebat. Secundum
potest sic intelligi. Ego non dico sed tu dicis. Vel potest exponi de
asserecione cordis. quasi diceret. Quid interrogas quasi nescias. sed corde
dicis et ratum habes te esse proditorem. Et te miser videbis
dominum omnia scire ut tu adgustiam cum late. Confessa igitur et
confitere. Hic ammonemur ut peccatorem post eius iniquitatem
arguamus postquam si peccaverit quamvis ad ultimum clemissime hanc
enim formam nobis dominus reliquit qui primo dixit vnus ex
vobis me tradet. secundo qui intingit mecum in paropside hic me
tradet. Tercio tu dixisti. Glossa. quia discipuli nondum proditorem co
gnoverunt ideo non cessaverunt studiose inquirere quis
dominum esset traditurus unde dicitur Ioh. 13. Erat ergo recumbens vnus

Et discipulis eius in sinum ihesu quem diligebat ihesus Innui
it ergo huic petrus et dixit ei Interroga quis est de quo
dicit Tho. hic discipulus erat beatus Joh. qui de se ipso tamquam
de alio loquitur volens vitare iactanciam secutus in hoc mo
rem aliorum qui sacras scripturas conscripserunt scilicet Moysen
qui in libris suis de se tamquam de alio loquitur ut locutus
est dominus ad moysen etc. Sic et matheus ix vidit
deus hominem etc. Et paulus 2 Cor. xii scio hominem etc.
Tria autem tangit Johannes hic de se ipso primo amorem
quia quiescebat in pectore ubi dicit Erat unus ex discipulis
recumbens i. quiescens in sinu ihesu Job xx Tunc super
omnipotentem delicijs affluens Ps. super aquam refec
tionis me Secundo secretam noticiam quia ei Christus revelavit
et specialiter in conscriptione sui ewangelij ubi dicit quod recumbit
in sinum ihesu per sinum enim secretum significatur Joh. i unigenitus
qui est in sinu patris 3o specialem dilectionem
quia eum Christus diligebat ubi dicit Quem diligebat ihesus non
quidem singulariter, omnes enim discipulos suos Christus dilige
bat Joh. xv Sicut dilexi vos, Sed quia quadam excellencia pre
alijs Sunt autem Joh. preceteris dilectus a Christo secundum sanctum
Thomam propter tria primo propter munditiam puritatis quia virgo
erat electus a domino prover. xxii Qui diligit cordis munditiam
habebit amicum regem 2o propter sublimitatem sue sapie
quia ceteris altius intuitus est altissima divinitate unde
et aquile comparatur prover. xiiii Acceptus est regi minister in
telligens 3o propter vehementem fervorem affectus sui ad Christum
prover. viii Ego diligentes me diligo. Innuit discipulo innue
bat Simon petrus Et dixit ei mihi etc. Sed cur innuit et non absque
verbo ad insinuandum quare Joh. dicit innuit et dixit Sanctus Tho.
Nos dicimus aliquid dicere quando ad interius cogitamus secundum id
ps. Dixit insipiens in corde suo etc. Crisostomus aliquid dicere
dicimus innuendo exterius quibuscumque signis id quod fuerat
in corde conceptum Et sic est sensus Innuit et dixit i. innuendo
dixit Vel per dictum quod post innuit signo idem dixit verbo
Sed quid est quod hic petrus tacet et alterum inquisitorem innuit
tamen cum tamen ubique in ewangelijs propter ferventem caritatem semper audax
fuit et primus ad respondendum Secundum Cris. Quia petrus notabat quod
Christus noluit publice manifestare proditorem et ipsum confunderet
Et quia in sessione remote a Christo distabat Jo. Johannes qui propin
quior erat qui innixus pectori Christi dormiebat ut occulte et secre
te de proditore interrogaret Vel misterice secundum sanctum Tho. per
Joh. contemplativa vita, per petrum activa significatur petrus vero
mediante Johanne a Christo instruitur quia activa vita de divinis
mediante contemplativa a Christo instruitur ut luc. x dicit quod maria sedens
secus pedes ihesu martha autem satagebat circa frequens ministerium

Si in hec hic argumentum et figuram quod contemplativus non intromit
tit se de actibus extrinsecis vindictam etiam non expetit de ipsis dei
officiis sed inde interius gemit et per orationem se ad deum convertit
ac fortius per contemplationem approximans ei quod adhereret omnia sue
dispositionem committit Et hoc de tempore vacationis intellige cum
copiam sponsi habet apud se Nam aliquando tempore contemplationis et zelo
dei et animarum vel ratione officii imminente extrinsecus exit et
similiter cum sponso ut revocet audiendo et teneat fortius ad
tempus recedente non sentit solitam consolationem in activa se re
ducit ut vel sic sponso fructificet Non enim dicit contemplatorem
esse desidiosum / hinc etiam potes colligere quod contemplativus secrete
tum domini non debet revelare nisi forte fraterne salutis
urgeret zelus vel superne revelationis dictaret instinctus

Nunc ergo conspice domini benignitatem quomodo suum dilectum disci
pulum in sinum super pectus suum recumbit / in quo et magna
humilitas claret / O quam tenerrime se invicem diligebant
Et ideo de pectore et sinu id est secreto sapientie domini sacramentum
divinitatis et spirituales et eterna quod scripsit hauriebat et bibens
inebriatus est. unde hugo Certus nam ille est rogo te quem
super pectus eius recubuit et in sinum eius caput reclinavit
felix contingit est / O certe certe iam video Iohannes est nomen eius
O Iohannes quid est dulcedinis / quid gratie et suavitatis / quid lu
minis et devotionis hauriebas ab illo fonte / Ubi certe omnes
thezauri sapientie et scientie dei absconditi sunt / ibi fons misericordie
ubi domicilium pietatis / ibi favum eterne suavitatis Unde tibi
O Iohannes omnia ista Numquid tu sublimior petro Andrea sanc
tior / aut certe omnibus apostolis gratiosior Speciale hic cognoscite
privilegium quod virgo es electus a domino atque inter ceteros magis
dilectus Iam nunc exulta virgo attende propius et aliquid huius
dulcedinis portionem vendicare non differas Si potiora non
potes / dimitte Iohannem pectus ubi sapientie vino letitie in divini
tatis cognitione inebriatur / tu currens ad humanitatem ubera
lac exprime quo nutriaris hoc Anselmus Et est notandum

quod cum petrus innuit Iohanni ut interrogaret / Iohannes recumbebat in sinum
domini Sed postquam Iohannes interrogat tunc super pectus domini recu
buit pectus enim vicinius est ori quam sinus / Iohannes ergo secretius
cupiens audire / voces et magis silentia de sinu ascendit ad
pectus / per quod datur intelligi quod quanto magis homo vult
divine sapientie secreta capescere tanto magis conari debet
ut propinquior fiat christo / secundum illud ps. Accedite ad eum et illu
minamini / Divine enim sapientie secreta illis precipue revelantur
qui deo intimi sunt per amorem / Iob 36 Annunciat de ea amico
suo quod possessio eius sit / proverbiorum 18 Vir amicus erit magis amicus quam frater
solitudo Que est ista que ascendit de deserto deliciis affluens
innixa super dilectum suum Et dicit hugo de Iohanne quod secreta celestium

de xpo sacro domini pectoris fonte potauit in quo sunt omnes
thezauri sapientie dei absconditi Cumque cum ille recubuisset
sup pectus ihesu dicit ei. domine quis est qui te tradit Respondit
ihesus ille est cui intinctum panem porrexero. et cum intin
xisset dedit panem iude symonis scarioth Glosa. per panis in
tinctionem proditoris significat fictionem et simulatorem Nam sicut
panis intinctus infectus est exteriori cum intingitur et mutatur colo
rem, non tamen omne quod intingitur ablinitur. Ita et simulator
dum aliud gerit in corde et aliud pretendit ore quodam in
tinctus id est colore mutatus non autem ablutus esse dicitur Dando
igitur dominus iude panem intinctum voluit monstrare eundem
non simplici et pura intentione sed dupplici et infecta venisse
ad cenam domini ut loquebatur patet cum primo scio mala
autem in cordibus eorum. 2o per hoc quod iude panem intinctum porre
xit eius manifestat ingratitudinem panis enim intinctus magis
sapidus est. ut quo ostendat quod licet iudas a xpo multa bona
acceperat eorum tamen immemor prodit eum pane sibi intinctum
porrigit psalmista Tu vero homo unanimis dux meus qui me
cum dulces capiebas cibos etc. 3o quod ut per hoc excitatus fuit
ad penitendum. Ideo sequitur Et post buccellam introiuit in
eum sathanas. hec buccella intincta secundum augustinum non
erat corpus xpi sed panis merus licet autem cum ceteris discipulis
corpus xpi recepit Intrat autem in eum sathanas ut eum quem
ad prodendum sanguinem innocentem instigaverat. iam ad
suggestum exequendum plenius possideat Dicitur enim luce 22 In
trauit in eum sathanas scilicet quo ad proditionis faciende sug
gestionem sed nunc intrauit in eum ad eam exequendam et complendam
Hic ponuntur quatuor dubitationes Prima utrum potius sit eligen
dum non esse omnino quam perpetue miserum esse Circa v. Nunc
xpi in buccella panis intincti suum corpus dedit iude 3a
utrum post acceptam buccellam intrauit in eum sathanas 4a utrum sa
thanas in hominem intret Ad primum videtur quod non per
beatum augustinum in 3o libro de libero arbitrio qui sic dicit
Considera quam bonum est esse quod et beati et miseri volunt
Magis enim est esse et esse miserum quam omnino non esse Alte
rum augustinus perfecto presuppot electorem sed non esse non est eligi
bile. quia omne eligibile habet apparentiam boni sed ipsum non esse
non habet apparentiam boni igitur etc Alterum omnis appetitus est conformis
nature sed natura semper appetit quod melius est. sed natura semper appetit esse igitur
Alterum magis malum magis est fugiendum sed magis ma
lum est quod magis adimit de bono sed corruptio in non esse ad
imit totum bonum pena vero non totum ymmo multum relinquit igitur etc
Contra in oppositum videtur hic esse dictum salvatoris Bonum erat ei si
natus non fuisset homo ille, hec autem non sunt nisi propter esse mise
rie quod ei inhibebat igitur etc Alterum ratione. maior est tristitia
et miseria perpetua quam sit delectatio ex esse, et cum potius eligendum

Dubia

ordinatum

sit fuga maioris tristabilis quam prosecutio minoris delectabilis ergo potius homo debet eligere non esse quam perpetue miser esse. hic est ponendum quod duplex est miseria pene scilicet et culpe. Et secundum istas duplices modum questio habet difficultatem. Quantum ad miseriam pene tractat eam beatus Augustinus in 3o libro de libero arbitrio. quantum ad miseriam culpe tractat eam philosophus in 9o Ethicorum. Quantum ad primam scilicet ad miseriam est notandum. Et appetitus voluntatis non solum est in electione boni sed in fuga mali seu incommodi. Et sic pono duas conclusiones. Prima magis est appetendum non esse quam eternaliter torqueri. Secunda de appetitu qui refugit incommodum corporis quia annichilatio vel carentia in non esse est incommodum momentaneum, sed eternaliter torqueri est incommodum eternum et magis fugibile et per consequens magis appetendum. Et hoc est intelligendum ubi oportet alterum incurrere. aliter neutrum est magis appetendum. Et quo ad hoc mens indicat magis esse portabile decollationem quam diuturnam ignis adustionem. Et hoc innuebat sapiens dicens: laudavi magis mortuos quam viventes, et feliciorem utroque iudicavi qui nec dum natus est nec vidit mala que sub sole fiunt. Secunda conclusio. Magis est appetendum eternaliter torqueri quam omnino non esse. Secundo de appetitu qui est in electione boni et honesti. propter rationem beatus Augustinus. Non esse privat toto bono, miserum esse non privat per penam nisi aliquid de bono et aliquid de bono relinquitur. Et sic magis est appetendum id quod habet aliquid boni quam quod nullum habet totum bonum. Et sic in hiis conclusionibus sequitur prima. Et corruptio in non esse excedit intensive corruptionem penalem perpetuam. Sed ergo corruptio penalis eterna excedit extensive corruptionem in non esse. Secundo sequitur quod considerata quantitate utriusque pene scilicet annichilationis et eterne cruciationis magis eligendum est non esse quam eternaliter in penis esse. 3o sequitur quod non esse adimit totum bonum, pena partem. Ideo magis fugiendum est simpliciter non esse quam esse in penis eternaliter. Quantum ad miseriam culpe pono istam conclusionem. Secundum regulam recte rationis magis appetendum est non esse quam continue in peccato mortali esse. Conclusionem determinat philosophus in 8o et 9o Ethicorum. Contra beatus Jeronimus dicit ad Heliodorum melius est non vivere quam male vivere, et similiter hic melius abusive comparationis maioris mali pro minori malo. Et Anselmus libro Cur deus homo dicit. Et quamvis homo magis debet annichilari quam facere contra preceptum morale. Et propter rationem non esse et esse vitiosum ambo habent totum privationis et corruptionis non esse boni nature vitium autem boni moris et gratie. Sed deterior est corruptio viciosa quam naturalis, quia melius est bonum moris et gratie quam bonum nature quia bonum gratie elevat creaturam ultra bonum nature scilicet ad bonum divinum. Et de quanto aliqua corruptio est maioris et nobilioris boni de tanto est peior. Contra magis malum est non esse quam continue esse in offensa et blasphemia dei, sed dampnati qui sunt miseri miseria culpe continue sunt in offensa et blasphemia dei. Quomodo igitur. Ad istud intelligendum est dictum salvatoris de Iuda: Bonum erat ei si natus non fuisset

Quod dominus non dixit tantum propter penam que imminebat sed
propter culpam que ei inherebat, propter quam erat perventurus ad eternam
penam. Vnde Beda super eodem dicto: Melius est non esse quam
ad tormentum esse, et hoc propter culpam. Vnde appetitus dampnatorum
est secundum rationem quo appetunt non esse. Iuxta illud Apoc. 9: In diebus
illis desiderabunt homines mori et fugiet mors ab eis, quia
sunt in continua blasphemia et ira et invidia, non tamen appetunt
non esse ex ratione, quia nec ex detestatione peccati sed potius ex passione,
scilicet ex furore et ira, secundum dicta vobis prius solvi.
Ad secundam dicendum quod in buccella intincta Ihesus Christus suum corpus non
dedit Iude, quia tunc non reiterabat formam consecrationis. Non
enim legitur dixisse Hoc est corpus meum, sicut cum dixerat quando corpus
suum dedit omnibus discipulis, quia autem panem intinctum so-
li Iude dedit, Augustinus dicit ibidem: per panis intinctionem fictio Iude
intelligitur. Vnde et enim inficiuntur nonnulla tinguntur. Si autem
bonum aliquid hic significat tinctio, scilicet dulcedinem bonitatis divine,
quia panis ex intinctione sapidior redditur, eidem bono in-
grato non immerito secuta est dampnatio, et propter hanc ingra-
titudinem id quod est bonum factum est ei malum, sicut accidit
multis sumentibus corpus Christi indigne. Et sic Augustinus ibidem dicit: In-
telligendum est quod dominus iam antea distribuerat omnibus disci-
pulis suis sacramentum corporis et sanguinis sui ubi et ipse Iudas
erat, sicut Lucas narrat. Ac deinde ad hoc ventum est ut secundum
narrationem Iohannis dominus per buccellam tinctam atque porrectam
suum exprimit proditorem. Ad tertiam est dicendum quod Augustinus de hoc
de consensu euangeliorum movet hanc dubitationem dicens, quod de introi-
tu dyaboli in Iudam non solum alii euangeliste quam manifeste dicunt
tunc dyabolum in Iudam intrasse quando iuit ad principes sacerdotum
dicens: Quid vultis mihi dare et ego vobis eum tradam. Et ipsi pacti sunt et pro-
miserunt illi pecuniam dare, quod fuit tertia feria. Sed etiam Iohannes
contrarius sibi ipsi videtur. Nam Iohannes 13 dicit: Ante diem festum pasche
sciens Ihesus quia venit hora eius, cum dyabolus iam misisset in cor,
ut traderet eum Iudas Symonis Scariotis, premisso, vero infra
subditur, quod post buccellam intinctam introivit in eum Sathanas.
Ad hoc igitur dicit Augustinus, quod dyabolus bis introivit in Iudam. Primo
sibi suggerendo et cogitationes malas immittendo ut Ihesum
Christum traderet, quod fuit quarta feria, secundo plene ipsum tamquam
suum possidendo et per eum omnia sua beneplacita implendo,
tunc in eum intravit quando panem intinctum a domino accepit. Sicut
apostoli prius receperunt spiritum sanctum statim post resurrectionem, sed plenissime
receperunt eum in die penthecostes. Vnde dicit Beda quod prius intravit
in Iudam dyabolus tamquam alienum temptando, sed secunda vice tamquam
suum possidendo et per eum omnia agenda implendo. Et tamen
istis assistit Crisostomus dicens, quod quamdiu Iudas in collegio aliorum
apostolorum fuit, dyabolus non fuit ausus in eum intrare. Vnde nec tunc in
eum dicitur intrasse, sed immisisse in cor eius ut traderet Ihesum Christum. Sed
iam manifestato per Ihesum Christum quod esset proditor et per consequens expulso

de collegio bonorum libere in eum intrauit et potissime quia sumptio
ihu xpi indigna et recepto buccelle panis non sinebat eum
amplius cum ihu xpo stare unde dicit Orig super illo verbo, et post buc-
cellam continuo exiuit, ego opinor quod dyabolus post panem receptum
ingressus in iudam non tolerabat eum esse in eodem loco cum xpo
Et Crisostomus ait in omelia de machabeis, quod post comunionem mense
in iudam dyabolus introiuit, ut discatis quod indigne et ficta mente
misteriorum secreta recipientibus, celebrantibus, dyabolus frequenter assidue
et magis ac magis ad temptandum illos qui non equo animo
comunicare festinant, quia satisfactum domini cibus spiritualis est qui non
nutrit nisi animam vicijs omnibus expurgatam sicut cibus corporalis
non nutrit corpus nisi prius sit malis humoribus evacuatum
Ad quartum sciendum quod sathanam intrare in hominem potest dupliciter
intelligi, quia vel intrare in corpus hominis sicut patet in demoniacis
et sic potest essencialiter intrare in hominem, vel intrare in mentem
ita quod menti essencialiter illabatur et vel sic potest intrare in hominem
nisi solus deus Anima enim racionalis non habet dimensiones quantitatis
ut aliquid in ea esse dicatur cum infra dimensiones eius contentum et
nichil potest in ea esse nisi quod ei dat esse quod est per potenciam suam
ubi autem est potencia dei ibi et essencia, et ideo deo essenciale est dona-
cius solus est implere naturam sine substantiam ab eo creatam dicitur
tamen sathan illabi menti humane per affectum et effectum malicie in quan-
tum scilicet homo ab eo seductus recipit eum ad perpetrandum malum
quod suggerit et sic per fraudulentam deceptionem et maliciam habitare
dicitur in eo quod implet et hoc modo intrauit in iudam ut plenius pos-
sideret et ad perpetrandum malum induceret, in cuius cor prius miserat
ut deciperet et ad prebendum assensum malo induceret. Anselmus quando
hostium est ita forte quod latro nec violenter nec latenter potest intrare
tunc quidem latrunculum per fenestram submittit qui prius hostium
latroni aperit, et sic latro intrat, latro est dyabolus, domus
fortis voluntas, latrunculus mala cogitacio vel delectacio. Cum
ergo dyabolus potest intrare per aliquam concupiscenciam sine complacenciam
hic aperit hostium consensus, et sic dyabolus intrat et spoliat animam
bonis suis unde Orig Cavendum est nobis ne dyabolus intrandi in
cor nostrum aliquem ignitorum telorum suorum, nam si introierit in-
sidiatur deinde ut ipse introeat Sed hic ait quod buccella sumpta am-
plius introiuit sathanas in iudam secundum quintum est consulere aliquem
esse iniustum et bufonem immemorem. Deinde post proditorem promis-
sio. non enim poterat aliquid facere nisi xpo permittente, ideo dixit
Quod facis scilicet velocitate fac. id est facias cicius. Et unde dicat quod facit
quia velocitate crimen pro facto reputat festinat dominus in bonum
salutis fidelium quod iudas operatur sed non sibi, quia multi quippe
bonum ut iudas faciunt sed omnino nichil eis proficit quia bonum
facere non intendunt. Non tamen dominus impellit iudam ad peccatum
culpam sed ondit se stare salutem, nam unde dicit hic non precipi-
endo faciens vel consulendo quia preceptum diuinum vel consilium non
potest esse de faciendo malum sed tamen predicendo et vel permittendo dicit
in se prestatum, quia vidit eius animum pre nimio desiderio et eo completi
quod cepit accelerare non posse quiescere sed implere non po-
terat nisi ipse dominus permitteret. Dicit ergo hic dominus crimen predicendo

illi

cxprobrando ut ondere quod dum ipse buccellam offerret illi ille mor
tem intemptaret. Erat insuper hec ad opus nostre redemptionis
anhelando non tamen in primatem perfidi serviendo quam ad salutem
fidelium festinando. Cum ergo iudas buccellam de manu
domini accepisset et comedisset et exiit continuo ad querendum
cohortem que ipsum caperet. In quo significatur quod sacerdos si
mens corpus christi indigne magis elongatur a deo. Sicut enim
bono male usus est hec presumptio peccata auxit ut ingra
tus buccelle domini apte ab eo recederet. Erat autem nox quod
expressit evangelista ad ostendendum opportunitatem temporis ad peragendum
proditionem et ad denotandum in iuda mentis tenebrositatem.
Convenit hec huic sacramento erat enim ipse cum filius noctis
faciens opera tenebrarum ibatque in noctem seu tenebras et
mortem. Sicut ergo iudas ex bonorum societate non profecit
ob hoc maiori pena dignus fuit. Unde Crisostomus: Sicut et boni et
perfecti dupplici sunt digni honore quoniam et benigni sunt facti
sacramentum significans vel sacramentum significatum. Active tunc
sunt diversa sacramenta significantia. Sed passive tantum est
unum sacramentum quia unum est significatum scilicet christus. Et ergo dicitur
in complenda perficiant nos quesumus domine sacramenta que sump-
simus et fit relatio ad continentia seu significantia. Sed ad secundum
in singulari ut hoc sacramentum, fit relatio ad contentum et
significatum. Considerandum tamen quod sub utraque specie est totus
christus indivisus s. corpus et sanguis quia anima et deitas, ac per
hoc utrobique est unum et simplicissimum sacramentum aliter
tamen et aliter. Sub specie namque panis est tantum corpus ex vi
conversionis vel sacramenti, cetera aut(em) sunt ibi ex concomitantia
reali seu naturali et inseparabili quia sanguis est ibi per concomitanti-
onem et anima per concomitationem et divinitas per unionem. Ista enim
quatuor non possunt dividi nec abinvicem separari. Similiter sub
specie vini est tantum sanguis ex vi conversionis et sacramenti, cetera
aut(em) ex concomitantia sunt ibi. Et licet in primitiva ecclesia po-
pulus sub utraque specie communicaret, postea tamen provide ordina-
tum est ut non communicaret sub specie vini propter periculum effusi-
onis 2 quia sub specie panis quodammodo sanguis accipi-
tur ... ibi continetur. Eucaristia itaque sacramentaliter 2 perfe-
ctissime est unum sacramentum, materialiter vero plura, quia ibi
concurrunt duo s. cibus et potus 2 propter hoc quamvis exprimatur
pluraliter sic in collecta perficiant nos quesumus domine sacramenta
2 subditur post singulariter, 2 precor ut hoc tantum sit corporis
sacramentum panis ... est sacramentum est corporis et vini
sanguinis. Aqua vero que apponitur vel illius aque ...
sentit de christi latere vel fidei ecclesie ut neque christus sine
ecclesia neque ecclesia sine christo sit. Sed enim carnem et animam ...
quia caput et membra i. christus et ecclesia unum corpus. Sunt aut(em)
tria in sacramento isto consideranda. Unum quod tantum est
est sacramentum scilicet species sensibiles panis et vini. Aliud quod
est sacramentum et res s. caro christi propria et sanguis. Tertium quod
tantum est res et non sacramentum s. mistica caro christi scilicet ecclesie vi-
delicet quod sunt ... res non contenta sed tantum significata
est corpus christi misticum quod ... capiti per caritatem
de hoc corpore christi vero mistico scilicet unitate ... ecclesie
dictum est supra de verbis domini, per quibus quidam recto
habuerunt. Est carnem corpus ... sacramentum incarnate

diuinitatis. Unde Augustinus: Illud corpus visibile et palpabile
sacramentum est panis celestis, quo vivunt angeli. Sicut
enim nil in corpore gessit anima Christi generaliter nisi quantum verbi
cui coniuncta est inspirabat, ita non verum corpus esse sacra-
mentum inhabitantis divinitatis. Et tamen visibilis forma nobis
modo invisibilis res est. Visibilis sacramenti altaris est visibilis
forma celestis panis quo vivunt angeli, res est visibilis
et palpabilis forme Christi. Est utique Christus et sacramentum
et res sacramenti. Multa mirabilia sunt in hoc sacramento.
Primum quod ibi est corpus Christi in tanta quantitate sicut fuit in cruce
et sicut iam est in celo. Nec tamen excedit illius persone [illegible]
[illegible] vel quantitates. Unde mirum quomodo sub tam modica
specie tanta homo lateat. Secundum est quod ibi sunt accidentia sine
subiecto. Forma enim in Deo non recipit accidens propter inmen-
[illegible]. Ideo accidentia que prius erant in subiecto scilicet in pane, postea
sunt sine subiecto. Tertium quod panis ita convertitur in corpus Christi
quod tamen nihil est materia corporis [illegible]. Quartum est
quod corpus non augetur ex multitudine hostiarum consecratarum
et consumptione non minuitur ex earum sumptione. Quintum est
quod idem corpus sit in pluribus locis, scilicet sub omnibus hostiis con-
secratis. Deo enim convenit esse ubique semper et proprie,
creature vero in loco uno tantum esse, corpus vero Christi medio
modo se habet. Cum enim sit creatura non potest coequari creatori
in hoc quod sit ubique. Quia vero sit coniunctum divinitati potest in hoc
tempore aliqua excedere seu excellere ut sit et semel possit
in pluribus locis esse sub isto scilicet sacramento. Sextum est
quod cum dividitur hostia non dividitur Christi corpus sed sub qualibet
parte totus est Christus. Unde fractura hec in forma est panis,
non in Christi corpore, quia totus Christus indivisus sumitur sub qualibet
parte. Sicut integro speculo tota et coniuncta forma relucet
in toto et in fracto speculo fit forma eiusdem modo et totius
integre forme et qualibet speculi fracturam reflexio. Septi-
mum est quod cum tenetur hostia in manibus et videtur oculis, corpus
tamen Christi nec tangitur manibus nec videtur oculis sed hec tantum circa
species agitur, sicut et quod dividitur. Octavum quod licet ibi non sit pa-
nis vel vinum, tamen accidentia eorum quecumque prius huius efficiunt
ut satiare et inebriare sepe [illegible]. Nonum est quod statim
quando desinit ille species, tunc etiam ibi desinit esse corpus Christi
et sanguinis. Unde secundum Hugonem: [illegible] corporalis asseritur
corporalis presentia non aufertur, sed deinceps corpus [illegible] ore
ad cor et manum [illegible] ac presentia spiritualis tandem. Et licet
post sumptionem desinat ibi esse corpus et sanguis Christi, cau-
tum est communicantes ne post [illegible] spuat maxime ante re-
fectionem in loco immundo vel ubi possit sputum [illegible]
[illegible] propter periculum et ob reverentiam tanti sacramenti.
Cum tibi tales occurrunt dubitationes scilicet quomodo fieri potest, tunc tibi debes
ad memoriam revocare omnipotentiam Dei, cui nichil est
impossibile. [illegible] in [illegible] non debes querere rationes. [illegible]
[illegible] in fide experimentum [illegible] fides [illegible] habet meritum [illegible]

humana racio percipere sufficit. Item ad memoriam debes
revocare sanctos patres et doctores Augustinum Jeronimum Ambrosium Gre-
gorium Albertum etc. qui de isto sacramento salutaria tradiderunt
documenta. Sanctos apostolos qui de hoc sacramento et virtute eius per
Christum sunt edocti et cetera, omnes sancti nomine testati
quod id sacramentum firmiter crediderunt et adoraverunt
et cum ista fide discesserunt et eterna gaudia acceperunt.
Qui et si errassent et ydolatriam commisissent in adorando
hoc sacramentum, nullatenus ad eterna gaudia pervenissent.
Et quia omnes isti sancti firmiter id sacramentum et mirabilia
eius crediderunt, nullus nostrum dubitare debet quin fides nostra
in istis articulis sicut in omnibus aliis sit verissima, et
quod non sit fides preter fidem romane ecclesie per quam homo
possit salvari. Ipsa enim ecclesia super apostolice fidei pe-
tram solida stabilitate est fundata quam nullius procelle
heretice pravitatis procella potuit conquassari. Sed semper
integritatem fidei servat quam ab ipsis apostolis recepit
qui principaliter in ea sacramenta instituerunt et ecclesiasticos
ritus regulariter docuerunt. Ab ipsis ergo apostolis scilicet Petro
et Paulo quos et vivos habuit et defunctos custodit
ritum huius sacrificii ab eis accepit quod hactenus
inviolabili cultu servatur. Tandem quia dominus in actu
recordacionis subiunxit: Hoc scilicet sacramentum facite id est conficite vel
celebrate, accipite et date in meam id est in mee passionis
commemoracionem, quia eukaristie consecracio est quedam dominice
passionis rememoracio. Hoc exposuit apostolus dicens: Quo-
cienscunque manducabitis panem hunc et calicem bibetis
mortem domini annunciabitis donec veniet scilicet ipse dominus
ad iudicium. Pascha enim legale fuit in prefiguracione
pasche futuri, sed ewangelicum fuit in commemoracionem
preteriti scilicet passionis Christi. Unde in memoriam ergo illius beneficii
inexpressibilis Christus instituit sacramentum altaris dicens: Hoc
facite in meam commemoracionem. Ordinavit eos sacerdotes
et dedit eis potestatem conficiendi sacramentum corporis et sanguinis
sui. Hoc igitur tocius eciam passionis retractat, nam id corpus
consecrat, et sacerdos cum levat corpus domini representat quod Christus
in cruce sit levatus. Illud enim est corpus quod et ipse sump-
sit quod crucifixum est et mori sustinuit. Hoc est id me-
moriale quod anima christiani ipsum suscipit manducando
et bibendo vel eciam fideliter meditando debeat deberet
totam ignire et inebriare et in ipsum dominum per amorem et
devocionis vehemencia totaliter transformare. Nichil
enim magis carius dulcius nec sotilius nobis relinquere po-
tuit quam semetipsum. Ipse namque quem in sacramento altaris
hodie per eius constitucionem sumimus ille idem est qui de virgine
incarnatus et natus ubera eius suxit qui pro te crucifixus
mortem sustinuit et qui resurgens et gloriose ascendens

sedet a dextris dei. Ipse est qui creavit celum et terram et
qui gubernat et moderatur universa. Ipse est a quo depen
det salus tua in cuius voluntate et potestate est tibi dare paradi
si gloriam. Ipse in tali hostia modica sit oblatus tibi quam exili
bilis. Ipse dominus Ihesus de quo loquitur filius est dei vivi.
In excellentissima eukaristia id est bona gracia dicitur quia in hoc sacra
mento non tantum augmentum virtutis est et gracie sed ipse totus sumitur
qui est fons et origo totius gracie. Secundo commemoracionis. Hanc voluntariam
memoriam nobis reliquit quemadmodum si quis peregre
proficiens aliquod pignus ei quem diligit relinquit ut quo
ciensque illud viderit possit et eius beneficia et amiciti
as memorari. Quem si ille perfecte dilexerit sine magni
desiderio et fletu non potest videre. Ideo hoc salvator tradidit
sacramentum ut per hoc semper commemoraremur quod pro nobis
mortuus est. Etiam et ideo cum ipsum accipimus a sacerdotibus
commemoramur quod corpus et sanguinem Christi ut non simus in
grati tantis eius beneficiis. Hieronimus. Triplex ergo est
memoriale dominice passionis. Primum quantum ad visum in
scripturis et picturis. Ymagines enim in libris et ecclesiis depi
guntur ut in memoriam Christi nos inducant. Secundum me
moriale habemus quantum ad auditum scilicet quantum ad predica
cionem de dominica passione devote audimus. Tercium
quantum ad gustum et hoc ad sacramentum altaris quo pas
sio Christi patenter exprimitur. Ex quo igitur in oblacione huius
sacramenti recolitur commemoracio istius excellentissime karitatis quam
Christus in sua passione demonstravit per quam deus pater placatur pro
nostris offensis. Quia nullum sacramentum est isto salubrius quo
peccata purgantur virtutes augentur et mens omnium carismatum
spiritualium habundancia impinguatur. Nullum eciam ita efficax
est ad delendum peccata tam vivorum quam mortuorum sicut oblacio
eukaristie in missa cum presidet ibi ille qui peccata dimittit.
Ideo bonum est et salubre et ut quilibet in ordine sacerdotali con
stitutus studeat se ad hoc sacramentum percipiendum cum devocione
et vite sanctimoniam ita aptare ut valeat id in remissionem
peccatorum suorum accipere. Melius enim est vivus et ut bonum quod
uniuscuiusque spectat sibi post mortem per alios fieri tam in missis ede
quam in aliis piis operibus agat ipse per se dum vivit. Unde beatus
Gregorius in libro dialogorum sic dicit. Pensandum est quod tucior via
sit ut bonum quod quisque post mortem suam sperat agi per alios
agat ipse per se dum vivit. Beacius quippe est ante resolucionem
corporis liberum exire et habere vitam quam post vincula libertatem
querere. Debemus itaque pronis sensibus tota mente compunccione quot
tidiana deo lacrimarum sacrificia offerre. Quotidianas enim
carnis eius et sanguinis eius hostias immolare. Sed est nece
ssarium ut cum hoc agimus nos metipsos deo in cordis contricionem
aptemus. Quia qui passionis dominice misteria volumus
celebrare quod agimus debemus imitari. Item in alio
loco idem sic dicit. Si quis sacerdos perfacili proposito non habet
quotidie celebrare debet ne privet sanctam trinitatem, magna

laude et gl(ori)a, q(uia) maior gl(ori)a in t(er)ris deo exhiberi no(n) p(otest)
q(ua)m in misse officio. q(uo) sacrificiu(m) laudis s(cilicet) ip(s)e dei filius
deo p(at)ri offertur. Et ne angelos letitia, vivos gr(ati)a, defun
ctos venia, im(m)o q(uia) o(mn)ia op(er)a meritoria p(re)cellit, i(de)o missa
Institutu(m) e(st) ig(itur) hoc sacramentu(m) altaris p(ri)mo in recorda
tione(m) d(omi)nice passionis et liberationis. Sc(un)do in signu(m) p(ro)p(ri)e
dilectionis et imitationis. Tercio in robur (con)firmationis (contra) lap
sus humane fragilitatis. Q(ua)rto in purgatoriu(m) sp(e)s ho(min)is et nu
trimentu(m) vite sp(irit)ualis. Q(ui)nto in viaticu(m) p(rese)ntis peregrinationis.
Sexto in pign(us) et arra(m) habende hereditatis. Septimo in
remediu(m) satisfactionis pro p(e)cc(at)is. S(ecundu)m sanguine ip(s)o corp(us) et
an(im)a liniu(n)t(ur) q(ui)a sa(n)guis agni sup(er) utru(m)q(ue) poste(m) dom(us)
liberat hebreos ab angelo exterminatore. S(ecundu)m hoc aut(em) sa

no(n) hic

cramento duo requiru(n)tur ex parte recipientis s(cilicet) desideriu(m)
(con)iunctionis ad xp(istu)m quod amor facit et reverentia sacramenti
que ad donu(m) timoris p(er)tinet. P(ri)mu(m) ad quottidiana(m)
hui(us) sacramenti frequentatione(m) invitat. S(e)c(un)d(u)m retrahit. Unde
si aliquis ex(per)imentaliter cognosceret ex quottidiana sumptione (sumpc(i)o(n)e)
ne fervore(m) amoris augeri et reverentia(m) no(n) minui, tal(is)
deberet quottidie communicare. Si aut(em) sentiret p(er) quottidia
na(m) frequentatione(m) reverencia(m) minui et fervore(m) [illegible] minime
augeri, talis deberet interdu(m) abstinere ut cu(m) maiori re
verencia et devotione p(ro)ximos accedere. S(ecundu)m (con)siliu(m) ad
hoc conquirens est suo iudicio relinquendu(m). Modus aut(em)
sumendi tripliciter distinguitur. Comestio en(im) alia fit
ore et est sacramentalis, alia fit corde et est realis, alia
fit ore et corde et e(st) sacramentalis et realis. In altero
sacramentu(m), in altero res sacramenti. Sola sac(ramen)talis tantu(m)
malorum est, qui et si sub visibili spe(cie) elementoru(m) corp(us)
xpi accipiunt, tu(m) q(uia) nec ore credu(n)t nec diligu(n)t, pane(m) ce
lesti co(m)munem no(n) p(er)cipiu(n)t. Sola realis tu(m) bonoru(m) e(st), qui
et si sub visibili sac(ramen)to carne(m) xp(ist)i no(n) sumant, tu(m) fide
et dilectione pane(m) celeste(m) manducant et ei co(mm)unicantur.
S(ecundu)m Aug(ustinus): Q(ui)d paras dentes et ventre(m)? Crede et manduc
asti. Realis v(er)o et sacramentalis comestio iungitur [illegible] ac
cipientes in pane quod pependit in ligno, accipientes
in calice quod manat de latere, (con)tinguit [illegible] ipsos
ad e(ss)e panis vite. [illegible] p(ro)p(ri)e et incorp(or)ate sacrame(n)ta
est comestionis cordis qua manducamus cu(m) d(omi)no carne(m)
sua(m) et bibimus cu(m) eo sanguine(m) suu(m). Hec e(st) p(er) efficaciam car
nis sue et sanguinis sui manemus in eo et ip(s)e in nobis.
Itaq(ue) alii accipiunt corp(us) domini ad morte(m) q(ui)a no(n) at
tingunt pane(m) vite. Alii accipiunt ad vita(m) q(ui)a (com)municant
cu(m) verbo vite. S(ecundu)m Crisostomum. Credimus itaq(ue) q(uonia)m s(icut) nu(n)c illa
cena e(st) in qua et ip(s)e recumbit. Nichil en(im) illa ab hac
differt. Neq(ue) en(im) hanc quide(m) ho(mo) operatur, illa(m) aut(em) ip(s)e,
s(ed) hanc et illam ip(s)e. Q(ua)n(do) ergo sacerdote(m) d(e)dere tibi videris,
no(n) sacerdote(m) estima esse q(ui) hoc facit, s(ed) x(rist)i manu(m) que
tibi extenditur. Sic igit(ur) cu(m) baptizare no(n) ip(s)e sacerdos

baptisat sz deus est qui detinet tunc tempt invisibili
virtute. ita sz nunc nullus itaqz iudas assit. nullus auarus
nullus in luxuriis accedat actibus nullus crudelis z dimisse
iracz. nullus comixtus communionis. si quis non est
discipulus discedat Non recipit eos qui non sunt tales
hec mensa. cum discipulis enim meis ait facio pascha. h
est illa mensa et nichil minus illa hz. hic id est cenaculum
ubi tunc fuit. hinc ad montem oliuarum exierunt Exe
amus sz nos in manus pauperum. hec enim regio mons
est oliuarum. oliue enim sunt plante in domo dominum. id
est pauperum multitudo stillat oleum quod illic est vtile
nobis. ita enim sz deum propicium habebimus et multam
habebimus mercedem. h Cass. et crisostomus. Recedamus si quem
monet cum cenat saluator apostolis suum corpus z sanguinem
tradidit quare prius ieiunium eandem sacrata perpiam
cludiat. qz tunc vete erat typicum pascha primus consumari
et sic ad verum pascha transire ac veri pasche sacra
substitui Placuit autem in honorem z pro reuerencia tanti
sacramenti placuisse magnum esse primo nos diuine pas
tionis preparatione muniri et spiritualibus epulis saciari
deinde terrenis dapibus corpus refici Sunt autem tria sacri
ficia gratia scilicet domini corporis. altum gratia cordis.
tercium mortificatione carnis Oportet ergo sacrificium humilitatis
precedere in mente. afflicionis in carne ut deuocio habe
atur in domini corporis consecratione et recepcione Appro
pinquas tu ad hanc cenam cum eo in cenaculum medicitate
ut elemosinam inde accipies Ad quod exhortatur Aug
dicens Iam nunc ascende cum eo in cenaculum grande stra
tum et salutare cene interesse delicijs stimulare. vincat
verecundiam amor. timorem excludat affectus ut saltem
de mice mense illius elemosinam prebeat mendicanti. ut
a longe sta et qui pauper attendere in diuitem ut aliquid
accipias extende manum. fame lacrimis prode hec Aug
Nota cena domini olim in manna prefigurata fuit quod
deus filius israel in deserto dedit. Dedit iudeis figuram
veri panis sz panem spiritualem z temporalem nobis autem veritatem
scilicet supersubstancialem z eternalem manna creatum fuit a deo in
celo aereo sz panis nobis datus scilicet christus descendit de celo vero
Cena domini eciam prefigurata fuit in agno paschali quem
deus primo precepit filius israel manducare qui deberet eos
de captiuitate egipciaca liberare Ista christus sacramentum cultum
iste tunc primum instituit qui nos a diaboli potestate eripere vo
luit Cum filius israel agnum paschalem manducabat succincti
erant baculos pretenti fidei firmitatem Debet eciam certi sta
re in bona vita quam inchoauerunt et non se vnum ponit
in lutum de quo iam surrexerunt Agnus comedebatur cum la
tucis z aggrestibus que sunt amara z nos debemus corporis

domini manducate cum amara lactuca. Item comedebant
agnum tenebant pedes suos calciatos. Sic communicantes
debent pedes suos i. affectus et desideria custodire caven-
do ne aliqua maculent sorde. Agnus paschalis non fuit
coctus aqua sed assatus igne et manducans debet esse igni-
tus caritate. Christus rex et sacerdos verus eukaristiam sub
specie panis et vini dedit et hoc sacramentum instituit quod olim
Melchisedech rex et sacerdos dei altissimi prefigurabat.
Unde apparet Christus et sacerdos secundum ordinem Melchisedech
appellatur quia hoc sacramentum in oblatione Melchisedech
prefigurabatur. Item quinto videndum de quibus singulariter
est memoria domini habenda per istud sacramentum. Videtur
quod de tribus secundum tres differentias temporum de preterito presenti et futuro.
De preterito quia reducenda est ad memoriam nostram recordando
per mortem Christi. Trenorum 3º Recordare paupertatis et transgres-
sionis mee absinthii et fellis. De presenti et omnium inspe-
ctoris quia deus ibi et occultatur presentia omnes actus nostros con-
siderat. Cantica. En ipse stat post parietem nostrum respiciens
per cancellos. Que verba exponens Thomas de Aquino dicit Christus sub
sacramento indutus pariete nostre carnis qui per cancellum est
velatus aliena specie omnia facta nostra considerat. De futuro
ut iudicans qui venturus est iudicare vivos et mortuos. Item
ad quid valet huius triplex rei memoria. Videtur Thomas
quod prime rei memoria scilicet passionis Christi valet ad nos mentem di-
vino amore inflammandam. Luce 12 ignem veni mittere
in terram et tantum amorem. Sic ignis est cum calore sic pas-
sio Christi cum amore. Secunde rei memoria scilicet consideratio divine
presentie valet ad custodiam a peccato. Ioco dicit Glosa super Ezechielem. Si
deum presentem et omnia cernentem cogitaremus vix aut nunquam
peccaremus. Item de bonis secundis presentibus domine. Tercie
rei memoria ut districti iudicis valet ad excitandum et preparandum
nos ad iudicium. Item dicit Sophonias propheta ut sis parati
in diem tuum quia die illa descendit dominus coram omni plebe.
Primus dies est nostre nativitatis. secundus dies est nostre conversationis
tercius est dies mortis vel dies iudicii. Item ex quo dicit hoc
facite in meam commemorationem. Queritur quando et quotiens est comme-
morandum. Pro quo nota quod ecclesia instituit quod semel ad
minus in anno scilicet in festo pasche quilibet christianus communicet nisi
de licencia et consilio proprii sacerdotis duxerit abstinendum alio-
quin ingressu ecclesie arceatur et moriens christiana sepultura. De penitentia et remis-
sione. Omnis. Et istud statutum factum est contra negligentes et tardos
qui communicare non curabant multis annis vel per totum tempus
vite sue. Et ideo dicitur ibi in textu communicet in festo pasche.
Item secundum antiqua iura decretorum statutum est quod homines ter in
anno communicent. De consecratione distinctione ii. Et si non frequencius. Ubi
dicitur si non frequencius saltem ter in anno homines communicent
nisi forte quis maioribus criminibus i. mortalibus impediatur
scilicet in pascha penthecostes et nativitate domini. Item concor-
dat distinctio. Seculares qui in nativitate domini pascha et
penthecosten non communicaverint katholici non credantur nec
inter katholicos computentur nisi propter delicti confessionem abstineant.

Sed ista capitula non loquuntur districto precepto sed de utro
sit melius sepe communicare vel raro dicit Augustinus super epistola
ad hebreos Sunt plurimi qui et hoc sacrificio semel participant
in anno ut in pascha. alii bis alii sepius alii rarius
Sed quos plus acceptamus Respondeo nec istos qui semel nec
qui raro nec qui sepius sed eos qui mundo corde vel
munda consciencia et vita irreprehensibili isti semper accedant
Eciam qui tales non sunt nec semel accedant quia indignum
sibi manducant et bibunt Sed quis est qui munde et irre
prehensibiliter semper communicat et laudabimus eum Sed cum in
cibum prius corruptio incidit cibus quamvis maximi meriti totum
corrumpitur et occasio morbi efficitur Sed ergo cum fueris
mensa regali et deinde iterum scene polluimus ob tuum refugium
infecto precioso labia tua et os tuum et iterum fetoribus
adimples. quid aliud restat nisi error posterior peior
priore et maior pena tibi debita pro ingratitudine
Et subdit Augustinus Dic michi qui semel tamen scilicet in pascha
communicat Non sufficiunt tibi quadraginta dies pro emundacione
peccatorum et iterum tradis te sordibus. Dic michi si salvus factus
facta es quadraginta diebus a longa egritudine et deinde
iterum te cibis mortiferis tradidisti Nonne primum laborem
perdidisti Verum non tantum una vice in anno sed sepe vo
lo vos digne accedere et dignos quottidie mane et
non iterum relabi in sordibus peccatorum, quia relabentes sunt similes
porcis qui per mediam horam ad aquam pelluntur et tota
die in sceno seu fimo quiescunt Augustinus contra Anglos de
verbis domini dicit Sed quia iste est panis quottidianus quem
quottidie petis a deo, cur post annum sumis accipe
quottidie ut quottidie tibi prosit, sic vive ut quottidie
merearis accipere Item cum vulnus habes peti medicinam
querat Vulnus hic sanati Sed quottidie accipis Christus tibi
quottidie resurgit Item faciendum est sepe pascha secundum
Ambrosium pascha enim transitus dicitur Item volens Christi corpus
sumere debet assisti ad virtutes et a virtute in virtutem ingr
gratie Sed dicis libenter acciperem sepe sed non habeo graciam
Bernardus in quodam sermone Omne quod fit nisi nobis
deesse gratiam sed iusticia conqueritur ipsa gratia sibi nonnullos
deesse Item ingredior dyalogum cuiusdam doctoris de gracia
et racione Aliquis enim voluit accedere nisi presentit dei
viventis inspiracionem quam dicunt se sentire quod dulciter et arde
ter desiderat corpus Christi et querit per suspiria et lacrimas
et hec est optimo consilio, tamen non concordat sed hic certitudinem
agnoscens quod hoc tibi deus inspirat non tamen debes ex
pectare donec tibi deus inspirat hoc faciendum sive hoc signum
Verbi enim secundum communem scripturam habetur quomodo agendum sit
tibi petere signum et expectare est generacionis perverse et
deum temptare Item non est expectanda inspiracio verbi tamen
fallax signum habetur et nulla certitudo Augustinus enim contra

sit digam in reverencia dei delitari quis dubitet quod se
pe illos quos scit indignos instiget ad communicandum quare
et sic deum inhonoraret et iudicium sibi manducaret. Cum tamen
dicatur quod iudas inspiratione divina cum aliis discipulis ac
cepit corpus christi cum per buccellam sumptam introivit in eum
sathanas Ioh. xiii. Et dicet ergo tamen debeo sed ergo sine de
siderio accedere. Nota aliud est habere desiderium aliud
sensibiliter desiderium percipere. Nullus enim sine desiderio debet
accedere quia iste talis requirit debitam preparationem in suscipiente
devotionis et puritate. Et cum sic aliquando ita contingit ut sic
mereatur accipere. Ideo magis debet esse sine desiderio dulci
et totiens sumendo quoties sic videtur expedire. Nam multi
certam tamen solent sibi prefigere totiens in anno communicare et non
pluries quia hoc est ponere obicem gratie dei. Et quod ipse misera
tionem domini in sua potestate constituunt. Ita ut si etiam deus
vellet vere per gratiam plures quam ipsi sibi preposuerunt communi
care ipsi sunt obstinati ad oppositum. Et quo enim secundum [illegible]
Omni fervore dignius esse in maioribus, dolore [illegible] odium in
dignius esse ad divinum, quia quantumcumque esset placitum divine maiesta
ti tunc quantum in nobis est essemus parati. Non et sensibilia la
crimarum effusione et multis fervore non semper est indicata
dispositio, quia multotiens in talium habentes sunt in magno
statu gratie apud deum, et habentes sunt omnino extra gratiam. Racio est
quod sepe contingit hominem ab huiusmodi affectibus impediri sine
culpa sua ymmo cum magno merito ut de senibus et la
guentibus et cure debite et laboribus sanctis intendo et orando
Vel serviendo infirmorum vel pupillorum occupati, immo non esset
divinum cum istis laboribus non impediat a discussione con
scientie sue confessione et ad alia ad que tunc deinde tenentur
Eo secundum quod aliqui corde compungimur lacrimas fundimus sentimus
dulcedinem in orationibus, tamen et quo tunc aliena retinemus
vel pravum odium vel adhuc mentem solicitam sumus
talia nolentes ista dimittere tunc extra gratiam sumus ut patet
de mulieribus cursatricibus. Si enim essent in gratia dei et lacri
me per eas fuse et gratiam reciperent non compaterentur secundum peccata
mortalia. Non non per huiusmodi lacrime et sensibiles fervores
alii recipimus omnino preter gratiam, heretici enim in erroribus
iudei in [illegible] gentiles in superstitionibus multotiens fun
dunt lacrimas sentiunt fervores que omnia recipiunt preter gratiam
et aliquando dyabolo id suadente et procurante ut non retrocedant
et [illegible]. Aliquando huiusmodi sensibiles fervores veniunt cum gra
[illegible] bonum simplices movent ad dulces affectus et sua
vi [illegible] ne organi. Et gratia vero venimus lacrime fervore
[illegible] videt quod non sunt magne [illegible]
isti affectus [illegible] gradus quam pro [illegible] maxime la
borat. [illegible] ait [illegible] [illegible] [illegible] testimonium conscientie mee, quod

id testimoniu nō adest hō nō est certus et signum predictis
de vera deuotione Cum aut̄ adē testimoniu conscie tue hō
sit cercior de talibus signis deuocionis Sz que sunt ista que at
testant̄ sup recta confessione Credo q̄ frequens pctī displicentia prop̄
et alienu / zelus animarum · decoris ministerie · continua humiliacio / z
vilificatio sui ipsius · desiderium celestium · promptitudo ad carendum
omnibus que sunt in mundo quantumcumque dilectis voluntarie · z sustinendum
quecumque supervenire permiserit · contemptus et fuga vanitatum /
Vel si contingit eis adesse q̄ hoc nō fiat ex dilectione vel ex
deliberata complacentia · Et ita volt Augustinus vi musice Et hoc
est dilectio quia boni semp̄ hnt̄ habitualem confessione si bn̄ accipio
tur abstinere a communione quantum est nichil prodest Sz si quis
videt̄ prodesse hoc est per accidens Racio Magister nō et abstine
ntia longa a cibis hō perdit appetitum edendi Ita q̄ op
portet postea sit abstinentem cum honore cibum sumere ut pos
sit appetitum renovare Sic etiam est z de spiritualibus z plus Unde
dicit Gregorius in quadam omelia Corporales delicie cum nō ha
bent̄ grave desiderium accendunt Cum vero habent̄ animum prop̄
sacietatem in fastidium vertunt Sz econtra spirituales cum nō habe
ntur fastidio sunt Cum vero hnt̄ desiderio Unde dicit sapiens
Qui me edunt adhuc esurient z qui me bibunt adhuc si
tient Sed / dicis Ego timeo accedere q̄ scio id opus esse tre
mendum · Dico q̄ nō valet si sine timore accederes q̄ si prop̄
timorem esses abstinens tunc per ceteris deberes abstinere ma
gis scilicet q̄ alii plus timent Unde Centurio dixit ipse Augustinus
Domine nō sum dignus et sic timore suo preteritis laudari me
ruit Item ihesus dixit Amen dico vobis nō inveni tantam
fidem in israel Sz que est causa timoris confessione q̄ magis periculosum
est accedere quam abstinere q̄ magis periculum vertitur d̄ in
digne accipiendo q̄ iudicium manducat z bibit sibi Apostolus xi
Sz in abstinendo solum carentiam augmento gratie Dico q̄ aut̄ si
semel indigne accederes in eternum deberes abstinere Sz si
propter dubium q̄ dubitas · de humilitate vis abstinere / z ex quo
illud dubium semp̄ manet tibi in hac vita tunc nunquam acce
deres Et ideo nota finaliter q̄ nō est vno modus omnium di
sponendi se ad hoc sacramentum Incipiens z de novo conversus
probet se utrum peccasse se doleat z confessus sit peccata
saltem mortalia · et contrarium habeat voluntatem peccata vitandi
et deo serviendi et an faciat ad hec diligentiam suam secundum
oportunitatem loci et temporis et q̄ memoria sua et fantasia nō
sit occupata delectabilibus preteritorum peccatorum Unde dicit Bernardus super
Cantica sermone iiio Cerneti adhuc recessus proclive per ora
sacra contingens hec tractus de luto hodie vestim gl[illegible]
putaris q̄ d · Non decet et hoc culpatur scilicet qui hodie co
mittens crimina peccata tamen semel cras communicat Item Sz considerare
si nō hz notabile deuocionis impedimentum animi distractorem
vel magnum tedium Sz proficienti qui sepe aut frequentius
communicare proponit nō sufficiunt predicta · Sz tota vita sua debet
esse preparata ad tantum sacramentum in mortificando vitia · fugiendo

Que sunt que attestant̄ sup recta confessione

vanitates occasiones etiam venialium peccatorum per que homo pla-
ceret a seriosa cordis custodia excutiendo se in solitudine et sanctis
meditationibus actuum xpi et eius passionis . ut dicat cum apostolo
ad Gal ii Vivo ego iam non ego . vivit vero in me xpc
Et quodcunque quod opus ad ista promovet et istis amplius
ad ea commode disponit ut per lectionem meditationem orationem predicationem
opera inquam corporalia et spiritualia Unde multi errant qui nimis affligunt
se ieiuniis orationibus et vigiliis sic quod ab omni devotione
impediuntur tamen aliquis habent in se carnales affectus ad homines
vel ad divicias Aliqui etiam quantitatem nimis se subtrahunt ab
hominibus ut hominibus magne indigentibus consilii recusent
in tantum ardentius quod ipsos reddunt plus indispositos ad corpus
xpi quam disponit / Profecti non per vehementi desiderio quod habent
ad xpm non possunt sustinere eius absentiam . et quia non possunt eum
revelata facie contemplari in gloria . saltem pro sua consolatione
volunt eo frui modo tali quo possunt et in eius presentia delectari Unde
aspirant ad amplexum presentie corporalem videre cupiunt et corporaliter
gustare quia suavis est dominus ut in dulcore suavitatis
et in fortitudine cibi illius ambulet usque ad montem domini
eterne patrie pro qua consequenda corpus xpi est nobis datum pro via-
tico Sed magister mathias de Cracovia in quodam suo tractatu Et
quia circa hanc materiam plurimi errant et presertim curati presbiteri
quia nemo sit dignus amore sacro nisi solus deus cuius oculis
omnia nuda sunt et aperta Ad heb iiii hic presente nomine quod sit
dignus Unde sciendum quod si constat sacerdoti de bona vita et lauda-
bili firma per probabilia indicia non debet repellere tales subditos
sepe communicare volentes saltem diebus dominicis Et que sunt hec
probabilia signa Respondet quidam doctor / Primum est si libenter
verbum dei audit / secundum si promptus est ad bonum operandum / tertium est
si bonis gaudet et malis contristatur / Quartum si defectum iniuriam
aut lesionem sibi erogatam propter deum dimittit Et quamvis ista
quatuor in se invenerit quamvis de lege communi nescit utrum amo-
re vel odio dignus sit / etiam si occultum peccatum habeat in susceptio-
ne eucharistie indulgetur et hoc videtur sentire Augustinus in
sermone quodam super Iohannem dicit Quod corpus xpi manducatum
vivificat mortuos . hoc sic intelligo quod corpus xpi tepidos
et desides ad bonum agiliores facit non tamen peccatum mortale
scienter commissum et non confessum habita copia sacerdotis memoratum
tollit nisi forte prehabita diligencia dum confitebatur contritus de omnibus
alius aliquod mortale non occurrebat sue memorie Et quamvis
existens in peccato veniali tamen et suscipiens hoc sacramentum peccat
venialiter Respondet Richardus super quarto dist. vi quod non peccat
venialiter quia peccatum veniale compatitur secum effectibus huius sacramenti
et eius caritate, Et quia non potest esse sine veniali peccato nisi per modi-
cum tempus sed sine mortali potest esse per totum tempus vite sue, immo
dicunt plures doctores quod de peccato veniali non est necessaria confessio
Et quia per multa remedia deleri potest ut patet [illegible] sexti / Et
si per totum annum non peccaret mortaliter tenetur ad satisfaciendum
statuto ecclesie talis tenetur semel in anno saltem venialia confiteri

Marginal notes: pro quo opus disponit — Signa devotionis et quod sunt digni communione frequenti — [illegible]

xxvj

Prio confitetur sacerdoti. Consulo tamen layce comunicare devo-
centibus adminus semel in anno communiter consteri. Eius racionem
nullum mortale peccatum tunc coram constat gravet. quia eius veniale
peccatum gratiam dei et caritatem non impedit fervorem tamen caritatis
minuit. Et ideo comunicans non solum debet intendere ad caritatis
perfectionem sed etiam ad eiusdem diminutionem. Super dicti quod sacerdos
homines sic disponendo ab eukaristie susceptione de octo diebus
in octo dies non debet a communione repellere. Unde Augustinus de consecratione
dist. ii dicit Quotidie eukaristie communicare percipere nec laudo
nec vitupero. omnibus tamen diebus dominicis communicandum suadeo
si tamen mens in affectu peccandi non sit. Nam habentem adhuc
voluntatem peccandi gravari magis dico eukaristie perceptione
quam purgari. Unde quisque faciat id quod secundum suam fidem pie
credit esse faciendum. Et hoc probat per exemplum zachei et centurionis
quorum primus recepit dominum in domum gaudens Luce xix Alter
vero dixit Domine non sum dignus ut intres sub tectum meum
Ambo tamen honorem sunt consecuti dei misericordiam. Et hoc dictum de communicando
per viii dies intelligendum est si non est per decretum summi ponti-
ficis interdictum et si non obstat aliquod statutum synodale episcopi
aut etiam consuetudo. Unde Augustinus ad Januarium dicit Totum hoc
genus rerum liberas habet observationes et loquitur de frequentatione communionis
omnis enim nulla disciplina in hijs melior quam prudentis
christiano nisi ut eo modo agat quo agere viderit ecclesiam ad quam for-
te devenerit. Quod enim neque contra fidem neque contra bonos mo-
res esse convincitur indifferenter habendum est propter eorum inter quos vivit
societatem servandam. Unde dicit idem Augustinus ubi supra Et sepe mu-
tacio consuetudinis que utilitate adiuvat novitate perturbat
Et ideo attendenda est consuetudo ecclesie ad quam quis declinat.
Nam licet persona que communicare frequentare cupit non quottidie
deo uniatur sacramentaliter tamen sibi per suum desiderium uniri
mentaliter et spiritualiter. Et non quod in primitiva ecclesia quando fides incepit
augmentari quia ad personas credentes homines quottidie communica-
bant. de conse. dist. ii peracta. Ecclesia tunc habebat puritatem per
baptismum quia nomine erat baptisati et mundati a peccatis et habebat
devocionem ardentem. Sed quia postea caritas refrigvit et remissa
sunt in cordibus hominum tunc sunt relicti quibus sic conscientie quotiens
appetebant se voluntate communicare. ut quilibet attenta dispositione fa-
ceret secundum discretionem sibi a deo datam. Et ideo si homo sentit se
fore in statu primitive ecclesie frequenter communicet. Si in statu medio
medium teneat ut in magnis festivitatibus anni istud
sacramentum percipiat. Si vero in statu finalis ecclesie prout nunc
sumus in qua caritas propter habundanciam iniquitatum nimie
refrigvit raro communicet. hoc tamen attendat communicans quod si per frequentem
communionem sentit augmentum fervoris divini et reverenciam ad sacramentum
in se non minui eo frequencius communicare potest. Si autem reverencia
in eo minuitur et fervor caritatis sic quod aliis temporalibus utrique consistit
ad tempus communione abstineat. Sed tamen apostolus .i. Cor. xi Consulit communi-
care volenti. Et probet seipsum et de pane illo edat et de calice
bibat. Quia vero in quo consistit hec probacio Rudeo quod de examinacione
conscientie que debet esse pura et munda. Sed que est ista dicat

non dignus

quo

Singo, que noscat de peccatis noterna / de presentibus non habet noti-
ciam quampiam / et in futurum non noscat malam voluntatem sci(licet)
peccandi propositum non habet / hec est illa vestis nupcialis et casta
apti sitis nupciis quia sine a nupciis istis spiritualibus non recedit
de qua Richardus in quodam sermone de resurrectione domini
sic inquit: Nemo accedit dignus ad sacramentum altaris nisi veste candi-
da albis induatur ut dicatur sibi confessionem et decorem indui-
sti. Ergo volens Christum in se sacramentaliter sepelire debet ipsum in
sindone munda involvere. Exemplo Joseph ar(imathie) qui corpus Christi
facit eciam quod corpus Christi non involvit in panno serico
aut aureo sed in lineo et mundo corporale. Et sic in corporali
sunt tria, primo textura. Sic et in volente communicare et munda
consciencia sunt tria moraliter dinoscuntur reperiri. Primo secundum Theologum corporale
abluitur acuto lixivio. Sic tu volens recipere corpus Christi per
contricionem et lacrimas lavare debes consciam et dicere cum propheta
Amplius lava me ab iniquitate mea. Secundo corporale in tor-
culari / sic tu per ieiunia et abstinenciam et opera [illegible] in
sensualitati. Tercio temperium debes artare ne defluat de norma
libidinem. Tercio ad solem ponitur ut humiditas nociva inde
extrahatur. Sic tu debes te exponere devocionem et commemo-
racionem operum Christi ut tunc humiditas id est amor temporalium extrahatur
per solis fervorem et secundam caritatem / Dico autem vobis
hic consequitur predictis eterne vite inchoacio quod precepto sumpcio
sacramenti dat vitam eternam secundum quod dicit salvator Joh. 6. Qui manducat
ducat meam carnem et bibit meum sanguinem habet vitam eternam
Dicit ergo Dico autem vobis non bibam amodo id est ab hora qua
instituit hoc sacramentum / de hoc genimine vitis, hoc est de vino
quod generatur in vite / usque in diem illum quo id bibam
vobiscum novum id est novo modo / hoc fuit impletum quando post resurrec-
cionem comedit et bibit cum apostolis ad declaracionem sue resurreccionis ut
habetur Luc. ult. / et tunc bibit novo modo quia corpus suum non
erat tunc passibile et mortale sed gloriosum / non indigens cibo
nec potu sed solum comedit ad declarandum ~~delectandum~~ veritatem
sue resurreccionis ut dictum est / In regno patris mei id est tunc ego exi-
stens in regno patris mei bibam vobiscum modo predicto / licet
enim Christus fuit beatus ex parte anime ab instanti concepcionis / et par-
te tamen corporis erat viator et passibilis ante suam mortem / sed post resurrec-
tionem fuit beatus in corpore et anima. Mistice secundum Bedam

plebis — vitis est ~~[illegible]~~ iudaica quia vinea domini sabbaoth domus
Israel est. Genimine cerimonie / nominatur conversio eius ad fidem
regnum patris eciam conmitatur / Dico autem vobis q. d. [illegible] suavissimis
delectabilissimis oblacionibus indicare plebis in qua erat aliquando Rome
et nunc sacratum sumpsimus sacramentum paschalis agni, propinquum fuit
sed a modo non bibam de hoc genimine vitis id est de cetero non delectabor
in talibus usque in diem illum cum id bibam vobiscum novum id est secundum
per id quod delectacionem michi affert in vobis renovatum per fidem
in regno patris mei id est in eterna vita / Alio modo sic exponitur
per [illegible] hucusque designatur genimine eius est mortalitas
/ Dicit ergo amodo non bibam de genimine vitis huius id est participabam

[N]Propter reuerenciam sacrati bonum vinum et electum debeat esse in sacro ad usum
sacramenti. Videtur quod deceret quod ad honorabilissimum sacratum in usu optima
querantur elementa ex quibus conficiatur. Unde sicut non deceret ad purificacionem baptismi
aquam lutulentam accipere et paludosam et putridam, cum in tali aqua quamvis
alia haberi non potest possit fieri baptismus. Ita non deceret ad optimum saporum
sacramentum vinum accipere lutulentum et malum, cum et tali vino aliquando
propter necessitatem possit sacramentum confici. Hest. i. Vinum quoque ut magnificencia
regia dignum erat abundans et electum ponebatur. Convivium enim Assueri quod
vinum fit Christi. N. es. vi. Vinum omnem mentem convertit in securitatem et honestatem et
iocunditatem nec meminit omnem tristiciam. Tale ergo vinum signum habet ad effundendum
sanguinis Christi, quod in securitatem et honestatem animum convertit et facit oblivisci tristicie
antique. Huius signum est quod cum vinum in sacrificio veteris testamenti offerretur, fecit Dominus
fieri acceptabula et libatoria vasa in quibus probaretur vinum libandum Domino an esset
acceptum vel non. Exod. xxv. Parabis et acceptabula et fialas et turibula et ciatos in
quibus offerenda sunt libamina. Acceptabula enim sunt vasa in quibus probabatur
liquidum an esset acceptum ad gustum. Phiala autem in qua probatur ad visum an
esset in colore bonum. Turibulum autem in quo probabatur ad odorem, et ciatus
in quo probabatur ad haustum et fusionem an esset pendulum vel infirmum. Cum
ergo tota ista diligencia adhibita sint ad vinum quod erat offerendum in sacramenti
huius figuram, multo magis ista adhibenda sunt in vino quod adhibetur
ad ipsam sacramenti veritatem. Hec autem n. es. ij. dicuntur libatoria. Libare enim est de-
gustare. Et vasa in quibus ad gustum probabatur an vinum tali sacrificio esset
dignum, libatorium appellatur. Unde n. es. n. dicitur quod Darius misit vasa que referri
fecit ad templum, referri fecit libatoria Domino argentea. Hic autem describitur, i. calices

quod inter alia vasa que de templo accepit Anthiochus. De templo accepit li-
batoria et phialas. ex quo itaque ostenditur quod ad probacionis experimentum debet
esse electum vinum quod offertur. Si enim in aliis oblacionibus debet esse
quod offertur, tunc multum magis id quod ad sanguinem xpi offertur debet
esse electum. Dicitur autem Mal. I Maledictus qui habet in grege suo masculum
hic est perfectum et offert deo debile. Ergo multomagis maledictus est qui ad
mensam suam statuat sibi vinum electum, et debile valde affine in sanguinis
domini sacrificium. Et multo maledictus est qui vinum in vasis mundis
et preciosis bibit in mensa sua, et in vasis fetidis et ampullis cor-
ruptis vinum infectum permittit. Et sic fetidum offert in calice in domini
sacrificium. Dominus enim precepit quod non solum vasa sed etiam ministri vasorum
in sacrificio suo mundi esse. dicit Ysa. lii. Mundamini qui fertis vasa do-
mini. Sic ergo eligendum est vinum quod offertur ad sacrificium domini sanguinis corporis
Nec tamen negamus quin de quocumque vino saporem vinosum habenti et communem naturam
adhuc retinente possit fieri sacrificium. Ex expressis auctoribus patet pro certo quod
peccat qui magnum ad corpus suum et parvum vel nullum ad domini san-
guinis poculum adhibet studium

separacio corporis non assumam illud usque in diem illum quo illud novum
tu bibam id est novo modo i. post resurrectionem meam in statu immortalitatis
innovatum vobiscum. Quinto in quo dixit discipulos resumpturos
corpora immortalia licet non eodem tempore

Hic ponuntur septem dubitaciones. Prima est an sacramentum eukaristie
possit confici in alia materia quam in pane et vino. Secunda an hec
sit forma conveniens consecrationis panis hoc est enim corpus meum.
Tercia an hec sit conveniens forma consecrationis vini: hic est enim calix
sanguinis mei novi et eterni testamenti misterium fidei qui pro vobis
et pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Quarta an Christus
in cena sua corpus suum sub sacramento sumpsit. Quinta quare Christus
discipulis corpus suum velatum sub aliena specie dare voluit di
scipulis suis. Sexta an Christus corpus suum passibile dedit discipulis.
Septima an Christus corpus suum dedit Iude traditori. Ad primam
respondetur quod hoc sacramentum non potest confici de alia materia quam de pane
et vino quia Christus hoc sacramentum de tali materia confecit et conficiendum
instituit. quod fuit congruum et propter sacramenti celebracionem et significacionem.
hoc enim sacramentum debet celebrari valde munde. et ideo congruum est
ipsum celebrari in pane et vino, quae mundius possunt tractari quam
caro et sanguis animalium vel alie materie convenientes ad usum
humanum. Secundo hoc etiam sacramento significatur v. scilicet res contenta que
est corpus Christi verum et res non contenta per corpus Christi verum significata
que est corpus Christi misticum, et Christi passio, et suscipientibus hoc sacramentum
spiritualis refectio, et salus corporis et anime sicut dicit Augustinus in quodam
dicit [illegible] in suo [illegible], panis autem et vinum racione sue constitutionis
convenientissime representat corpus Christi verum et misticum, quia sicut panis
constituitur ex pluribus granis, et vinum ex pluribus acinis consti
tuitur, sic corpus Christi verum constitutum est ex pluribus membris, et corpus
eius misticum ex pluribus personis. Racione etiam sue preparacionis
convenientissime representat Christi passionem, quia panis in clibano
igne coquitur et vinum in torculari exprimitur. Sic aliquo
modo a simili, corpus Christi fuit igne passionis quasi decoctum, et de
cruce quasi in torculari fluxit sanguis de illo corpore, et quia
tunc fuit sanguis a corpore divisus, ideo in hoc sacramento corpus
et sanguis conficiuntur de materiis distinctis et distincte.
Racione etiam refectionis panis et vinum convenientissime repre
sentant spiritualem refectionem suscipientis hoc sacramentum. sicut enim dicitur
in glossa super id i Cor. xi, hoc facite, sicut panis pre ceteris cibis
corpus reficit et sustentat et vinum hominem letificat. Vel sic
panis et vini efficaciam constituunt corporis refectionem que
in cibo et potu consistit. Sic spiritualis refectio anime integratur
et potu per fidem in intellectum et spiritualem delectacionem, per
caritatem in affectum et quia hec refectio ordinatur ad salutem
corporis et anime, ideo et consequenti panis et vinum representant
utramque salutem. Unde ut dicitur in glossa de con. dist. [illegible] et [illegible] reperitur
in quodam dicit [illegible], caro Christi pro salute corporis, sanguis
vero pro anima nostra fusus est. Sic prefiguratum erat in veteri
lege dicens, caro pro corpore vestro offertur, sanguis
vero pro anima. Et hec est causa quare hoc sacramentum debuit [illegible] celebrari

Quia

Ex hoc sequitur aliud quod [illegible]

acinis

Sed quare de grano tritici? Respondeo quia Christus se grano tritici
comparavit dicens Joh. xii: Nisi granum frumenti cadens in terram mor-
tuum fuerit ipsum solum manet. Quia cum sint multa genera seminum
nulli tamen Christus se comparavit nisi frumento quod proprie et antonomastice
dicitur triticum. Et ideo mos est ecclesie ut de isto grano solo conficiatur
corpus Christi. Et ideo dicit Thomas: nobis semper sic ... Et quarto dominus nunc
dedit corpus suum sub specie panis tritici. Secundo propter huius grani
preceteris naturalem nobilitatem que probatur ex eo quia hoc granum est
purissimum, et quia hec species sola inter alias granorum species sola
attingit complementum scilicet summam puritatem. Quia ut dicunt natura-
les et alchimiste, quia licet multe species esse videantur in speciebus
diversarum rerum tamen una est que contingit complementum, et alie
sunt differentes ab ea quibusdam egritudinibus. Quia de metal-
lo purgatione naturali in aurum post transmutatur, sic omne
granum bonitate terre purgatur et siligo in triticum in aliquibus
locis commutatur. Et ideo cum civitati dicit: Precepit panem ab-
solute propter puritatem excellentem panis tritici intelligendus
est. Tertio dat dominus corpus suum sub specie panis tritici propter
fidelium discretam in ipso significationem. Sicut enim triticum sum-
ptum tripliciter statum habet consideratum, sic status fidelium seu communio
in tres status distinguitur. Triticum enim consideratur uno
modo quod stat in agris, uno modo quando grana separantur a
paleis, uno modo quando grana iam purgata locantur in grana-
rium seu in horreis. Similiter inter fideles tres sunt differentie,
scilicet incipientium, proficientium et perfectorum. Primi signantur
per triticum stans in agris, secundi per grana purgata a pale-
is, tertii per grana purgata que locantur in granarie. Primi
desiderant optimam doctrinam predicatorum. Job xxxvi: Frumen-
tum desiderat nubes et nubes spargunt lumen suum que
lustrant cuncta per circuitum. Super quo dicit Gregorius: Electi sunt frumentum
dei celestibus horreis recondendi. Frumentum nubes desiderat
quia quilibet electus predicationem sanctorum predicatorum exoptat. Nubes
lumen spargunt quia predicatores sancti exempla vite eorum bona
gerendo ad bonum loquendo dilatant. Nubes autem cuncta per circuitum
illustrant quia predicatores divina luce mundi fines illu-
minant. Secundo proficientes desiderant frequentem purgationem
peccatorum, de quo Judicum vi: Cum autem Gedeon excuteret et pur-
garet frumenta in torculari ut fugeret Madian, apparuit
ei angelus domini. Hunc locum exponens beatus Thomas dicit: Gede-
on quilibet electus significat qui se cum sub [illegible] ...
rectitudine iudicii confessionis ... triticum suum a contorio
paleis peccatorum mittitur. Huic angelus apparet quia pro-
tecta ope celestis consolatio eum contra demonum temptationes
qui per Madian intelliguntur ne temptatione interpretatur
confortat. Tertii scilicet perfecti desiderant perfectam requiem bonorum.
Job v°: Increpationem domini ne reprobes et ingredieris
in habundantia sepulchrum, id est locum tibi in regno dei paratum,
sicut infertur acervus tritici in tempore suo, id est tota multitudo bonorum

Unde sicut Mt° dicit Joh. de Xpo: venit fortior post me cuius
ventilabrum in manu sua et purgabit aream suam et congre-
gabit triticum in horreum suum paleas autem comburet igni inextin-
guibili. Item dat dominus corpus suum sub specie panis tritici
propter corporis sui expressam similitudinem. Triticum enim tri-
bus modis considerari ut iacet in acervo ut iacet
in agro et ut existit in pane completum. Primo modo
dicitur scilicet prout consideratur iacens in agro significat corpus Xpi
ut conceptum in virginis utero. Certe unde [illegible] venter tuus
sicut acervus tritici vallatus liliis. Venter est corpus beate
virginis [illegible] beata vero [illegible] portat acervus tri-
tici munda membra Xpi ut conservata in utero virgina-
li ut decor omnimode castitatis quo ornantur membra ut
sensus beate virginis. Secundo scilicet modo prout consideratur
ut iacens in agro significat corpus Xpi ut pro nobis passum. Unde
agno Joh. xii nisi granum frumenti cadens in terram mortuum
fuerit multum fructum non affert. Xpus enim per mortem suam
genus humanum de morte liberat et usque ad crucem venit. Comen-
dat autem caritatem suam in nobis deus quoniam cum adhuc peccatores es-
semus Xpus pro nobis mortuus est. Tertio modo prout
consideratur in pane completo significat corpus Xpi prout in celo glo-
rificatum. De quo Zach. in fine ix capitulo: Quod bonum est
pulcrum frumentum electorum, id est panis pulcherrimus et nobilis-
simus dulcissimus corporis Xpi in gloria beatorum, quia beati ha-
bebunt in eo triplex bonum. Primo omnium deliciarum [illegible].
Sap. xvi: panem de celo prestitisti eis domine omne delecta-
mentum in se habentem. Secundo [illegible] quod oculus non vidit nec
auris audivit nec in cor hominis ascendit que preparavit deus
diligentibus se. Secundo omnium desideriorum impletione.
Ps. lauda Ierusalem dominum quia posuit fines tuos pacem
et adipe frumenti satiat te. Ier. xxxi inebriabo animam
sacerdotum pinguedine et populus meus bonis meis adimplebitur.
Tertio omnium bonorum securitate. Sic enim fruitur [illegible] tam
beatus qui manducabit panem in regno dei et [illegible] super omni
bonorum securitatem sine fine fruitur secundum Thomam. Ad
secundum dicendum quod hec equivoces forma consecrationis panis. Dictum est enim
quod hec consecratio consistit in conversione substantie panis in corpus Xpi. Oportet
autem formam sacramenti significare id quod in sacramento efficitur. Unde forma
consecrationis panis debet significare ipsam conversionem panis in corpus Xpi. In
qua tria considerantur scilicet ipsa conversio et terminus a quo et terminus ad quem.
Conversio potest considerari dupliciter: uno modo in fieri, alio modo ut
in facto esse. Non autem debuit significare conversio in hac forma ut in fieri
sed ut in facto esse. Primo quidem quia hec conversio non est successiva ut
supra dictum est sed instantanea. In huiusmodi autem mutationibus fieri non est
nisi factum esse. Secundo quia ita se habent forme sacramentales
ad significandum effectum sacramenti sicut se habent forme artificiales ad re-
presentandum effectum artis. Forma autem artificialis est similitudo ultimi ef-
fectus in quem fertur intentio artificis sicut forma artis in mente edificatoris

e forma domus edificate prius. edificator autem per consequens
Christus et in hac forma dicit exprimi gustio ut conficto esse ad quod
fertur intencio, et quia ipsa gustio exprimitur in hac forma ut confecto
esse necesse est quod eterna gustionis sacramenti ut se habent de facto
esse gustionis, non autem tempus in quem fit propter presenciam sue sed
secundum tempus a quo non manet secundum suam formam sed secundum actum
quibus ipsum subiacet et ad ipsum deriuatur, per hoc quod concedunt
tempus gustionis a que exprimitur per pronomen demonstratiuum relatiuum
ad actum ipsius que manet, tempus autem ad quem exprimitur
per nomen signans materiam eius in quod fit gustio, quod quidem
est totum corpus Christi et non sola caro eius ut dictum est
secundum hec formam esse conuenientissima hoc est enim corpus meum
3 Quarto tertiam est dubium quod ita hanc formam est duplex opinio quidam
enim dixerunt quod de substancia forme huius est hec solum quod dicitur
hic est calix sanguinis mei, non autem ea que sequuntur sed hec videre
conuenerunt, quia ea que sequuntur sunt quedam declaratio potestatis sanguinis
Christi que ueniunt pertinent ad integritatem benedictionis Ceterum
hoc sunt alii qui melius dicunt quod omnia sequencia sunt de substancia
forme usque ad hoc quod precedit sequitur, hoc quotienscumque est que
pertinet ad usum huius sacramenti que non sunt de substancia forme
Et inde est quod sacerdos eodem ritu et tenendo calicem manibus
omnia hec verba profert, hic est etc. interponuntur verba se
quencia verbis pertinens ad dictum hic calix nouum testamentum est sanguinis
meo, secundum est ergo quod omnia predicta verba sunt
de substancia forme, sed per prima verba hic est calix sanguinis mei signatur
ipsa gustio vini in sanguinem eo modo quo dictum est in forma
consecracionis panis, per verba autem sequencia designatur virtus san
guinis effusi in passione que operatur in hoc sacramento que
quidem ad tria ordinatur primo quidem et principaliter ad adipi
scendam eternam hereditatem secundum illud Hebreorum x habentes fiduciam
in introitu sanctorum per sanguinem eius, et ad hoc designandum dicitur
noui et eterni testamenti Secundo ad iusticiam gratie que est per fidem
secundum illud Romanorum iii quem proposuit deus propiciatorem per fidem in sanguine eius
ut sit ipse iustus et iustificans eum qui ex fide est Christi Ihesu
et quantum ad hoc subditur, misterium fidei Tercio ad remouendum
impedimenta vtriusque predictorum scilicet peccata secundum illud Hebreorum ix
Sanguis Christi emundabit conscienciam nostram ab operibus mortuis id est
a peccatis, et quantum ad hoc subditur, qui pro vobis et pro multis
effundetur in remissionem peccatorum Sed dubitatur si congruit
ta vini per sanguinis consecrationem talia imponere quod fieret de illa
[illegible] Christi, quia non [illegible] posset dici quod transit de san
guinem posset dici quod non transeat sed commisceatur sanguini, quia tunc gutta
ista seorsum a sanguine manet segregata quod tamen non apparet
alba tamen est quod gutta non apparet seorsum alba quandam
esse voluerunt quod sic aqua pura per aque benedicte
consecratio et transit in sanguinem quorum assignacionem minime suffragatur
Primo quod videtur quod id vinum nec transit in sanguinem nec sanguini commiscetur

sed retractis speciebus in sua natura permanet et accidentibus probabiliter vini commixtum corpori quod sub eis latet condicio quis confundere non madidat confusio. Item pro tamen aqua vino appositum videtur efficere quod deinde quidam est stagnia pro ea fuit apposita quae vini saporem assumit. Credit quippe natura immo apposita et vini saporem assumpsit. Cedit quippe natura vini stilo et totus super contradicionem operatur. Alii dicunt et si gutta adderetur vino consecrato illa gutta quantum ad statum corrumpitur dumtaxat in mactis speciebus remanentibus nec mutatur speciebus probare vinum. Verba si mittatur de vino post de vino ad cenam gutta sanguinis sic quod fit ablutio tunc ibi desinit esse sanguis. Et species vini illius gutte sub qua est sanguis absorbetur a multo vino apposito. Ad quartum dicendum quod Christus in cena corpus suum sub sacro sumpsit. Unde glossa super illud Ruth iii Cum comedisset Booz dicit quod Christus quod prius commendaverit corpus et sanguinem et ipse participat eiusdem. Sed hoc fecit non ut aliquem effectum consequeretur per sacramentum sed ut aliis similiter daret exemplum. De qua comestione scribitur versus: Rex sedet in cena turba cinctus duodena. Se tenet in manibus se cibat ipse cibus. Ad quintum dicendum quod prima ratio sumitur ex Thomas ubi supra sexta iii. Indignitas sumentis que exigit ut velaret. Sicut eger oculus requirit ut sol et gloria lumen sibi tegat, et in hoc benignissime agit tamen eis in sua salvatoris. Si enim primum in modo corpus videretur a fidelibus manducari, et ipso aspectu multiplicaret scandalizaret eum praeter quam ad eos Ioh. vi dixisset Caro mea vere est cibus et sanguis meus vere est potus. Exemplum ibi ex hoc multi discipulorum eius abierunt retrorsum et abhorrentes verba de humana carne manducando. Secunda ratio est fides bonorum quae exigit ut corpus Christi velaret. Quia Heb. xi fides est rerum apparentium. Unde dicit Augustinus fides est credere quod non videtis i. credere vobis dei de re occulta que vere est et tamen earum oculis non videtis. Quia de re quam videtis non haberemus fidem. Tertia propter infidelitatem veniendum exigit ut corpus Christi velaret, sicut culpe infidelitatis correspondeat modus congruus satisfactionis. Unde sicut primorum parentum infidelitas incepit et auditu consilium diaboli suadentis cibum habere quodammodo mortem velatam, et in eo sunt filii eorum vane delectati. Sic oportuit ut fides salvatoris suadentis cibum habere vitam secretam absconditam fit ~~fides et auditu verbi Christi~~. Hoc figuratum est Gen. xxvii in benedictione Iacob ubi filius Ysaac decepti sunt putantes se tenere Esau dum fecit salutem amicum eius quia velatus erat Iacob. Unde sciendum quod dei facta domini corporis. Flos erat persone scilicet Ysaac et Rebecca Iacob et Esau. Ysaac ~~et Rebecca~~ qui masculus quae magis solet esse magis infestus et exterioribus plus intendit sit exteriorem hominem in corpus unum et sensibus suis. Femina que domi residens familiam regit sit ~~duas partes in nobis~~ interiorem hominem et fidelem animam que sue salutis et aliorum curam gerit. Iacob domus et formosus habitans in tabernaculis quem diligit Rebecca

Nota: 1.

Nota hic figuram de Ysaac et Iacob et Esau in ordine ad corpus Christi

2 non

3

perfectus quod auditu verbi Christi

Figura est hic introducta per modum consensus

vbi est fidelis anima sit venditum corpus Christi apud Esau quem amat Ysa-
ac id est corpus quod de cibis eius vescitur sit substantia panis cum acci-
dentibus suis colore sapore et ceteris. Quod itaque Ysaac cibi
homo exterior id est sacerdos benedicere debet Esau recedit substantia panis
sed similitudo Esau scilicet vestes cum odore pelles pilose cibus
cum sapore id est accidentia panis sine similitudine scilicet color et sapor
odor quandoque manent cum Jacob id est cum corpore Christi. Quod hinc
omnibus sensibus Ysaac id est corporis animi falluntur. Ubi fallitur visus
Ysaac caligiosus id est debilitas corporis Christi quod putat se videre
habere Esau id est panem. Et hic cum vestes eius id est speciem panis
et sub illa latet Jacob velatus id est corpus Christi. Ubi fallitur
gustus Ysaac id est corporis animi quam putat se gustare et comedere
cibum Esau scilicet panem et gustat cum similitudinem eius. Item fal-
litur olofactus Ysaac id est corporis animi quam putat se sentire o-
dorem Esau id est panis quam vere non est ibi post consecrationem sed
sentit odorem vestimentorum eius id est foraminis eius quibus vestitus
est Jacob id est velatum corpus Christi. Ubi fallitur tactus Ysaac id est corporis
animi quod putat se tangere Esau id est panem et pelliculas simili-
Esau id est similitudinem sine specie panis quibus velatum est Jacob
id est corpus Christi. Sapiens erat Ysaac sed in iudicio cognoscendi
Esau fallebatur. Sic homo animi exterior in iudicio panis alterius
fallitur ~~tactus~~ sensibus perceptis in auditu. Unde ait Ysaac vox quidem vox
Jacob est sed manus sunt Esau. Nichil falsius. Sed vox quam audio
Ego sum ~~[illegible]~~ Jacob. Simile veris. Filius factus quod tango substantia pa-
nis est. Nichil falsius. Vox Christi dicentis hoc est corpus meum me-
rius. Propterea igitur infidelitate remedium exigit quod corpus
Christi detur velatum ut quia sensus primi parentis in cibo prohibitio
vane delectabatur sensus animi corporis in cibo benedictionis adiustare
Ysaac decipiatur ita cum quod vellet id est fidelis anima de fide sua non
fallitur. Credere enim debet de benedictione sua sacramentum esse Jacob id est corpus
Christi esse velatum similitudine Esau id est specie panis sed omnino ibi
non esse Esau id est substantiam panis. Et quibus patet quod fidei meritum
etiam exigit ut corpus Christi veletur. Unde ut dicit Gregorius fides
non habet meritum cui humana ratio prebet experimentum scilicet sufficit. Unde
latum igitur voluit dominus dare corpus suum quod in hoc credere debe-
sensus plus quam sensibus meritis magnum hoc meritum Johannes vii. Beati qui
non viderunt et crediderunt. Unde i Petri i. Credentes in Christum quem
non videtis exultabitis letitia inenarrabili et glorificata reportan-
tes finem fidei vestre salutem animarum vestrarum. Item alia ratio
quare dominus corpus suum velatum dedit imbecillitas hominum quia hoc omni
oculus hominis nisi velatum intueri. Unde in figura Exodi xxxiiii dicitur
et filii Israel videntes et propterea sermonis dei cornutam faciem Moysi
timuerunt prope accedere unde posuit velamen super faciem suam
quando loquebatur ad eos. Facies enim Moysi tam magna cepit
radiositate ex frequenti et familiari appropinquatione ad deum
claritatem quod videbat ~~[illegible]~~ oculis quam cornuta. Unde filii Israel non
potuerunt claritatem vultus eius sustinere nisi velata. Item propter
creatio accidenti unde dei matrie que non potuit sustinere

claritatem gloriosi filii dei

claritatem et gloriam filii dei nisi esset obumbrata carne aut
cognitus velata maiestas ope spiritus sancti facta est passibilis
filii a virgine et vidi etiam a nobis Cum verbum caro factum est
et habitavit in nobis Sed carne illa post passionem per resurrectionem
glorificata non potuit videri nuda in propria forma ab oculis mor
talium nisi esset velata aliqua specie visibili Quod sectam
videt innocentia Ergo credo quod divina sacramenta magis sunt
veneranda quam discutienda Et dicatur quod tale dedit quale vo
luit Et si quaeratur quale dedit ipse noverit Fuerunt tamen quidam
qui dixerunt quod dominus dedit discipulis suis immortale et impas
sibile Et quidam dixerunt Sicut idem veraciter erat qui dabat et qui
dabatur ita in eo quod dabat erat passibilis et mortalis Et
in eo quod dabatur erat immortalis et impassibilis sic visibiliter gusta
bat invisibiliter gustabatur invisibiliter inquam quantum ad formam
Christi non autem quantum ad speciem sacramenti Nam in eo quod gustabat quod
erat hic apparebat in eo vero quod gustabatur quod erat ipse non
videbatur Ut ergo appareret quod mortalis erat non necessitate sed
voluntate in eo quod immunis erat ab omni culpa liber erat
ab omni peccato suscepit sponte mortalitatem quia mortem
sustinere volebat quia si mortalitatem non suscepisset omnino mori
non potuisset Ut ergo probaretur quod mortalis esset quando voluit mor
talitatem deposuit et immortalitatem suscepit Legitur enim de eo cum
eum iudei duxissent Christum ad supercilium montis ut praecipitarent
eum ipse transiens per medium ipsorum ibat Quia cum esset dimittens se
sic passibilem tenere tolerabat Sed cum esset praecipitandus fregit
impassibilem per medium illorum ibat Item non solum sunt quattuor proprieta
tes corporis Christi glorificati scilicet subtilitas et claritas agilitas
et impassibilitas Singulas has proprietates Christus sigillatim et
divisim assumpsit ante resurrectionem et mortem naturam
corporis glorificati induisset Subtilitatem cum nasceretur ex virgi
ne quia transiit per uterum virginis non corrupto [illegible]
tatem Claritatem cum transfiguraretur in monte Thabor Agili
tatem cum incedebat et transiit super mare Sed impassibilitatem
accepit cum manducaret in cena Sicut enim passibilitatem exhibuit
in corpore immortali cum post resurrectionem ostendit manus et latus sic in
corpore mortali signum impassibilitatis ostendit cum carnem et sangui
nem ante passionem exhibuit Et licet ista subtiliter sint dicta tamen
contra ea gravis oritur difficultas Nam ponito quod aliqua pars sa
cramenti per triduum mortis Christi fuisset reservata sequitur quod idem
corpus sic iacuisset mortuum in sepulchro et mansisset vivum
sub sacramento Et quod idem corpus in ara crucis patiebatur et sub
forma panis non laedebatur Et ergo alii aliter dicunt Sic in
notetur salva fide et secundum magistrum in scripto dist. xi Quod
Christus tale corpus dedit discipulis suis quale voluit ut habu
it Sed sic tunc habuit mortale et passibile Ergo ipsis tale dedit
Sed tamen sub speciebus panis et vini non habebat se passibiliter
Nam si corpus Christi sub sacramento fuisset reservatum usque ad horam
qua fuit realiter perforatum et postea in cruce mortuum Dico quod
existens sub specie sacramentali sensisset dolorem et illa perfora
tione causatum sed postea fuisset mortuum

6

nc tn ut ibi extitit fuisset ab illis extrinsecus pforatum sensus
eius dolorem et ingens corpus conveniens absolute non per comparationem
ad locum. Et aliqui pforderi extrinsecus rei non convenit nisi magnitudine
et huius similitudines ad locum, tn eius tactus actio sit per contactum
localem, ergo id in quod talis actio transit est aliquibi ut de lo
co corporis pinde servatum posset replere dolorem innatum
si non illatum convenit illi. Et hic dicere si dominus in cena dedit
discipulis suis passibile corpus quod ledebatur per masticationem
dentium. Respondeo licet Christus passibilis erat humane nature non tn
ledebatur ratione divine potentie per quam facere potest quod vult. Nec
aut quia nobis sumitur immortale et impassibile. eo quod id corpus
sumitur est glorificatum. Nec tn minus maiorem efficaciam habuisset
nec maiorem potenciam. Et si dicis tunc sacratum mutare et
id quod dedit tunc non esse eiusdem rationis. Respondeo quod solum differe
bat penes proprietatem accidentalem scilicet passibile et impassibile. Et
diversitas illa non facit diversitatem sacrati quia eadem est anima in
sic tunc et eadem forma et idem contentum sub speciebus sicut tunc et nunc

A [A]d septimam dicendum quod de isto dubio controversia videtur esse inter
evangelistas. Lucas ostendit Iudam fuisse cum aliis ex eo quod statim
post donationem calicis traditorem commemorat dicens: hic est
calix novi testamenti in sanguine meo qui pro vobis effundetur
verumtamen ecce manus tradentis me mecum est in mensa. Luc. x..
Ino ex non quot aut fuerunt eukaristiam acceperunt Mar-
co testante et biberunt ex hoc omnes. Nisi quod Christus preceperat teste
Mattheo bibite ex hoc omnes. Et in evangelio quod Iudas ibi non fuit
ostendit sic Mat. secundum quod ihesus dixit bibentibus calicem non
bibam a modo ex hoc genimine vitis usque in diem illud cum bi
bam id novum vobiscum in regno patris mei. Iudas quo
cum aut non accipies aut pro vobis effundetur scilicet aliorum me
torum multos excepit cum nunquam pro multis effundetur in
remissionem peccatorum. Item secundum Iohannem. Cum Christus discipulis di
xisset. Beati eritis si feceritis ea statim excepit non de omnibus
dico. Scio enim quos elegerim, et iterum vos mundi estis
sed non omnes. Alter quod Iudas non acceperit eukaristiam videtur esse
id Ioh. xiii. Ultima cum Iudas accepisset buccellam panis
exivit continuo. Erat autem nox. Christus autem post alios nobis
tradidit eukaristiam. Luca testante qui autem dicit et calicem
postquam cenavit dominus ut videtur ergo quod Iudas prius exivit
priusquam Christus tradidit eukaristiam. Relinquitur ergo id dicendum quod
nemo sit tenendum. Primo videtur illud forte esse te
nendum quod sine preiudicio aliorum evangelistarum ut Iohannes
commemorat dicens quod Iudas antequam Christus tradidit eukaristiam
exivisset et per quos non accepit. Et aut Lucas post calicem com
morat traditorem per recapitulationem potest intelligi quod
sepe fit in sacra scriptura ut hic prius quod prius factum est
posterius enarratur. Matheus enim dicit et Marcus ante diem pasche
commemorat effusionem unguenti esse factam. Ioh. ca. sex

dies pasche. Vtrum tamen Bernhardus in sermone super cena domini
cum exponit id Quod facis fac cicius dicit Et Iudam putat quod
(corpus) tunc corpus christi accepit. Sed est sciendum Et iam omnibus distribuerat
sanctificati corporis christi membris quos Iudas fuerat Et alibi dicit
O bone ihesu de vna mensa comedunt petrus et Iudas. petrus
ad salutem Iudas ad dampnacionem. Et sic plurimi expo
sitorum concedunt Sed quod Iohannes dicit quod Iudas postquam intinctam buc
cellam accepit continuo exiuit Vnde isto loquitur Hugo de
concordia ewangeliorum. Et corpus christi prius erat distributum an
tequam dominus panem intinctum Iude porrexit Vnde Bernhardus
sic loquitur per buccellam intinctam intelliguntur mali christiani (et percipiunt et fi...)
et ficti religiosi Multi enim sunt falsi religiosi et falsi
tonsurati. tamen pie religiosi omnes corpus domini accipiunt
sed ab istis discretum non percipiunt nisi per buccellam intinctam que
est detraccio. murmuracio. inobediencia. vox lascivia
occulta peccata et forte commissa peccata. Cum talis est monachus
non est tamen videtur traditorem sequitur. Sed quisquis ille miser
est timeat perimendo quod semper hec in Iuda traditore
dampnetur Et exclamat hortando dicens Nos igitur qui si
mus discipuli christi vindicamus ne panem intinctum vendamus
religionem qua tenemus in veste. seruiemus in mente
Et sanctitatem quam habitus exterior pallet ita animus teneat
ne in hora mortis exeamus a domino reprobati in stagnum
ignis et sulphuris cum dyabolo cremando. Sed tunc dubium est (dum)
et premissis Quare medicus salutis medicinam dedit egroto
quam sciebat ei esse mortiferam. sciebat enim quod ad iudi
cium manducaret. quia indigne manducaret Dicendum est
quod dominus fecit hic sacerdotibus in exemplum Nam secundum Raymundum
sacerdos non debet negare illi eukaristiam quem scit esse in mor
tali crimine. dummodo illud non sit notorium vel manifestum ecclesie
neforte non sit correptor sed proditor Commoneat ergo debet sacer
dos eum ut non accipiat et si ille non vult desistere non debet
ei negare. quia peccatum erit accipientis et non dantis Vnde Augustinus
de penitencia distinctione ii Nemo prohibeat dispensator pinguis terre
vel peccatores mensa christi manducare. Sed exactorem
id est eum quem instat peniteat moneat timere. Sed instat contra di
cta Augustinus malum est reddi suspectum de crimine quam committere
crimen. sed de duobus malis tunc alterum sorget minus malum
est eligendum. Igitur videtur quod discretus sacerdos debet negare
criminoso eukaristiam. quia minus malum incitat et maius
malum euitet vel reddat suspectum ne manducet indigne
Ad hoc videtur primo Cum nemo vnum mortale peccatum debet
committere. nec proximus ad mortale committat eligendum
est potius sacerdoti non posse perdere quam quod iste non peccaret
Sed iste committendo potius debet eligere ut abstinendo reddat
suspectum quam quod manducet indigne Et vltimus dicendum est

Et reddi suspectum in se et intensive est magis malum quam commit-
tere tamen manducando indigne. Et ultimum dicitur quod malum
est eligere abstinendo esse suspectum quam manducare indigne.
Dignum extensive seu ad alios extendendo reddi suspectum
est magis malum quam indigne manducare. Decima: ex tali su-
spicione oritur scandalum ex quo cum plures offenduntur. Sed
ultimo potest queri an Christus Iude dedit eucharistiam ad bonum
vel ad malum. Non videtur quod dedit ei ad bonum, quia alias Christus
sua intencione fuisset defraudatus. Iudas enim non accepit
ad bonum sed ad malum. Respondetur sibi dedisse ad malum
quia Christus non est auctor malorum sed ultor. Unde dicitur precessisse
propter quod illa proposicio ad denotat intencionem vel affectum falsa
est, propositio autem vero consecucionem vel effectum denotat, tunc est vera propositio.
Sed quia hic fit mencio de missa, ideo hic aliqua
dubia sedecim per ordinem de misse officio per ordinem
movebuntur. Prima: utrum hoc sacramentum corporis et sanguinis
Ihesu Christi presbiter respondet. Secunda: utrum illa que dicuntur sine pre-
ab aliquo possunt pretermitti. Tercia: utrum in preparacione confec-
cionis istius sacramenti debeat dici aliud quam introitus. Quarta:
utrum ad instruccionem sumencium hoc sacramenti debeat dici ad epi-
pistola. Quinta: utrum ad oblacionem materie istius sacramenti debeat
dici ad quid offerenda. Sexta: utrum in consecracione istius
sacramenti debeat dici aliud quam hoc est corpus meum. Septima:
utrum in sumpcione istius sacramenti debeat dici ad quid pro nobis.
Octava: utrum in gratiarum accione istius sacramenti debeat dici aliud
quam postcommunio. Nona: utrum in serie misse sint septem
ordines crucium. Decima: utrum in primo ordine sint tres cru-
ces continentur. Undecima: utrum in secundo ordine vii cruces fieri
debeant. Duodecima: utrum in tercio ordine sint solum quinque cru-
ces. Tredecima: utrum in quarto ordine sint cruces fiende. Quar-
tadecima: utrum in quinto ordine sint fiende alie tres cruces.
Quintadecima: utrum in sexto ordine sit fiende quinque cruces,
tres infra calicem et due extra calicem. Sextadecima: utrum in
septimo ordine solum sint tres cruces. Ad primam
dicendum quod in hoc sacrosancto sacramento continetur ipse gloriosus
Ihesus Christus salvator noster non solum per gratiam sed per operacionem
virtutis eius sed mente sacris, verum eciam ipse totus realiter
continetur. Ideo est tractandum cum maiori reverencia, cum ma-
iori munditia et cum maiori diligencia et efficacia. Cum ma-
iori reverencia quia est omnibus dignius. Sic enim scribitur de eucharistia:
Glorificate eum quantum potestis, maior est enim omni laude.
Cum maiori munditia quia est tenere sanctius. Sic enim dicitur
Ecclesiastes: Custodi pedem tuum ingrediens domum dei. Cum
maiori diligencia quia est tenere periculosius. Unde eodem libro:
Omni diligencia serva cor tuum quia ex ipso vita procedit.
Et hoc enim sacramento sperat ... movemur ... sumus sit
corpus fiat et vita cordis possimus quod dicitur quod in missa

Nona

xxvi

Ponuntur sex per ordinem que faciunt ad reverenciam indi-
ciam et diligenciam istius sacramenti. Primum est digna
preparacio, secunda est fidelium instruccio, tercium est materie sacrande
oblacio, quartum est materie oblate consecracio, quintum est ipsius sacramenti
sumpcio, sextum est sumpcionis graciarum accio. Contra quod ad ista
sex perfecte istud sacratissimum sacramentum reputatur in missa
secundum quod sex ipsa missa habet sex partes. Prima incipit ad
introitum et durat usque in epistolam. Secunda incipit in epistola et durat
in offerenda. Tercia incipit in offerenda et durat usque te igitur
clementissime pater. Quarta incipit in te igitur et durat usque pater noster.
Quinta incipit in pater noster et terminatur in postcommunione. Et sexta
incipit a postcommunione et durat usque in fine misse. Ad secundam
est dicendum quod eorum que dicuntur in missa aliqua pertinent ad
ipsius misse celebrande ordinacionem. Aliqua vero ad
ipsius materie ut panis et vini consecracionem. Et aliqua pertinent
ad misse solempnitatem et decoracionem. Illa enim que pertinent
ad misse celebrande ordinacionem post ab apostolis tradita sunt.
Dicitur enim de consecracione di. pa. quod Iacobus frater domini secundum car-
nem tamen contradicta est primo ierosolima ecclesia et Basilius
Cesariensis episcopus cuius claritas per totum orbem refulsit consti-
tuit addiderunt nobis misse celebracionem. Quia ordo celebrandi
missam post eos eis constitutus est ut glosa ibi dicit. Illa vero
que pertinent ad misse consecracionem immediate a domino nostro Ihesu
Christo prolata sunt, quia ut dicit Ambrosius et habetur de consecracione di. 2a. Sermonibus
prolatis a domino Ihesu Christo panis convertitur in corpus Christi et
vinum in sanguinem. Sed multa alia dicuntur in missa que spe-
ctant ad celebracionem misse que per successores apostolorum
ut per Gregorium et alios doctores addita sunt que non fa-
ciunt ad eius decoracionem et instruccionem significacionem ac devocionem
reputacionem per ecclesiam sunt approbata approbatam sicut dicit di. xi
cap. Ecclesiasticorum. Quia non solummodo dicimus in missa que in
ewangelio continentur vel ab apostolo Iacobo inserta sunt de secretis
sed plura alia adicimus magis que concedentur quedam tamen misterii
Omnia igitur predicta quia ecclesia a spiritu sancto etiam accepit vene-
randa et observanda non licet alicui permittere sed omnia
pietatis affectu inviolabiliter convenient observare ut dicit di. xi. supradicto
Ad terciam est dicendum quod in prima parte misse agitur de digna prepara-
cione accedendi ad sacramentum corporis Ihesu Christi. Cuius ac horum que
faciunt ad hanc dignam preparacionem primum divine laudis decan-
tacio. Nam per cantum divine laudis nobis panditur iter et
via qua pervenimus ad salutem nostram iuxta illud Sacrificium lau-
dis honorificabit me et illic iter quo ostendam illi salu-
tare dei. Secundum misericordie subvencio. Nam et pro defectibus in mi-
seriam ignorancie miserie et pene in quibus indigemus
nobis per divinum adiutorium misereri et subvenire. Tercium
est celeste glorie pax et quietacio. Nam enim in presenti numquam sor-
sit inquietudo non possumus perfectam pacem habere donec refectionis

In domino Christo et domine gratie largitio quia nisi ipse deus
sua gratia preueniet et subsequatur sibi nostra opera nec accep-
ta nec placida esse possunt. Ista ergo quatuor que faciunt ad di-
gnam preparationem istius sacramenti petuntur in prima parte mis-
se nam domine laudis decantatio petitur per introitum qui
ut in pluribus accipitur de psalmis, quia sicut dominus in fine super
per modum laudis totam sacram scripturam continet. Secunda vero mi-
serie subuentio petitur per kyrieleyson quod interpretatur domine mi-
serere, et repetitur ter aliquotiens ad impetrandum triplicem hie-
rarchie angelorum, vel contra triplicem defectum, ignorantie
culpe et pene que peti ut supra dictum. Est celeste autem
glorie pax et quietatio per gloria in excelsis deo petitur quod dum in
festiuitatibus sanctorum dicitur quorum consortium nobis promittitur
dimittitur tamen in missis deplorationis et luctus et specialiter a septua-
gesima usque pascha a lxxma, quia sicut creatio hominis gaudium
contulit angelis per cuius successionem reparanda erat eorum
ruina, ita peccatum eius cuius memoria agitur in predicto tempore
intulit eis dolores et tristiciam que tamen leticia primordiis eis
et nobis per christum ipsum restituta est sicut dicitur de consecratione distinctione pa-
Quarta domine gratie largitio petitur per orationem et quia gratia et veritas per
ihesum christum facta est, ideo semper in fine orationis dicitur per dominum
nostrum ihesum christum et cetera. Quod autem est dum quod in hoc sacratis-
simo sacramento potissime est necessaria instructio fidei, quia nisi
credamus non intelligemus iuxta illud ysaie nisi credideritis
non intelligetis super quo verbo dicit augustinus quod nisi credideri-
tis hic per fidem non intelligemus hic in patria per apertam visionem.
Ad perfectam autem instructionem fidei sunt quatuor necessaria. Primum
est prophetica pronunciatio que per apostolos est diuulgata iuxta
illud in omnem terram exiuit sonus eorum. Secundum est dulce doctri-
ne delectatio et augmentatio. Debet enim homo delectari in doctrina
ihesu christi iuxta illud Letabor ego super eloquia tua sicut qui
inuenit spolia multa, et sic incipit homo quasi quibusdam gradibus
ad dei cognitionem ascendere iuxta illud Ibunt de virtute in virtutem,
videbitur deus deorum in syon. Tercium est primus doctrine
fidei traditio, et quamuis traditio doctrine sit prior quam eius pronun-
ciatio via perfectionis, in via preparationis est prior pronunciatio
quam traditio. Quartum est doctrine confirmatio et roboratio et defensio
vel infallibilis adhesio. Ista ergo quatuor per ordinem ponun-
tur in secunda parte misse in qua sicut dicebatur de fidei instruc-
tione agitur. Primum per hoc legitur vel cantatur epistola sine prophetia
qua commemorat doctrina fidei pronunciatio vel predicatio.
Secundo cantatur graduale cum alleluia in festis sed tractus
in diebus luctus et ploratoris, per quod intelligitur et denotatur
doctrine fidei delectatio et progressio. Tercio legitur vel cantatur
euangelium in quo exprimitur dulce doctrine traditio per ihesum
christum qui fuit dux et legifer noster. Quarto cantatur credo
potissime in festis christi et apostolorum per quos fides fuit

defensata et confirmata et roborata sicut ait legenda de festo
Johannis baptiste. quia tempore suo quasi fidei doctrina erat in
carcere inclusa licet in se erat lucerna ardens et lucens
apud dominum. Ad quartum est dicendum quod in omni oblatione aliquid
considerandum est ex parte rei oblate aliquid ex parte eius qui
offert. Nam ex parte rei oblate debet esse simplicitas et
dilectio quia hylarem datorem diligit deus ut dicit apostolus 2 ad
Cor. Ex parte vero offerentium debet esse devocio sicut
dicit david primo paralipomenon 29° capitulo Scio domine quod probas et
simplicitatem diligis unde ego in simplicitate cordis
mei obtuli universa hec que de manu tua accepi
Et ex parte eius qui offert debet esse laudis confessio
et expressio Sicut enim scribitur ysaie non recedat (?) et vox
laudis semper sit in ore tuo Et sic ista tria in tercia
parte misse ponuntur pro re oblata delectacio et simp-
licitas. Nam populus offert aliquid deo ad ministrorum suste-
tacionem quia sic dominus constituit ... in missa quod aliquid
offerat unde dicitur de conse. di. i. Omnis christianus ad mis-
sarum solemnia aliquid offerat et reducat ad memoriam
quod dicitur deut. xvi Non apparebis in conspectu domini
vacuus. Sacerdos vero offert panem et vinum et aquam
ad ista sacramenti conficienda quia ut dicitur de conse. di. ii Ad confi-
ciendum corpus et sanguinem domini nostri ihesu christi nichil preter
panem vinum et aquam debet offerri. Delectacio vero oblacionis
que fit a populo exprimitur in tribus orationibus quas di-
cimus. Nam supplicat pro sua et aliorum salvatione quod dicit
ut michi et illis proficiat ad salutem per divinam accep-
tionem quod dicit In conspectu tue maiestatis cum odore sua-
vitatis ascendat. et pro sanctorum intercessione qui ait. ut
ipsi pro nobis intercedere dignentur in celis. quorum memoriam
agimus hic in terris. Secundo ponitur et exprimitur offerentium
devocio et hoc in prefacione quod dicit Sursum corda. et ponitur
in canone ix prefaciones ut dicitur de conse. di. pa. quarum prima est
de sancto spiritu. secunda de sancta trinitate. tercia de apostolis. quarta de ihesu
christi nativitate. quinta de eius apparicione ~~quinta~~ sexta de ieiu-
nio. septima de cruce domini nostri ihesu christi. octava de resurrec-
cione domini. ix de ascensione. Addita est decima de
gloriosa virgine maria ut dicitur ibi di. eo. Sanctorum canonum.
Tercio ponitur illius qui offert laudis confessio et expres-
sio debemus enim confiteri et exprimere ihesu christo laudem
primo ad eius divinitatem cum angelis et hoc facimus cum
dicimus sanctus sanctus sanctus dominus deus sabbaoth. sicut cherubim
clamant ysaie vi. et primo ad eius humanitatem cum pueris
hebreorum et hoc facimus cum dicimus Benedictus qui venit
in nomine domini sicut clamabant pueri Math. xxi.
Ad sextum est dicendum quod verba consecracionis sicut dicit

sacerdos in persona sua sed in persona christi dicit statim
in maiori canone qui pridie quam pateretur omnibus aliis verbis usque
finita est consecratio corporis et sanguinis christi in persona ipsius
christi dicit In consecratione ponit aliquando petitio et post consecrationem
fit aliquando rememoratio Petitur autem quinque ante consecrationem
pro pace ecclesie et specialiter omnium sublimium et maiorum quando dicit
In primis que tibi offerimus Secundo salutis vivorum et omnium bene
factorum quando dicit memento Tercio patronorum omnium sanctorum et ma
xime maiorum quorum auxilio indigemus ad consecrationem
tante rei quando subditur communicantes Quarto petit consecrandi facere
quod adimplet hanc igitur oblationem quando dicitur quam oblationem
tu nos iubeas grege numerari Quinto effectum sacramentorum quando
proponitur quam oblationem tu deus in omnibus Post consecra
tionem vero de quinque fit rememoratio primo ipsius ministerii
ut eius passionis resurrectionis et ascensionis quando dicit unde et
memores nos domine Secundo devotionis patrum aliquorum sanctorum
illorum per quos sacramentum fuit figuratum ubi supra que propicio ac
sereno vultu Tercio presentationis angelorum quando adimpletur iube
hec perferri per manus sancti angeli tui Quartum enim Gregorius
in dialogorum infallibiliter credendum est ad vocem sa
cerdotis dicentis hoc est corpus meum celos aperiri angelorum
choros adesse et infima summis coniungi Sed unde quo primo
denotat corpus misticum ecclesie militantis quod petimus re
putari et transferri per angelos in sublime altare ecclesie
triumphantis Quinto fit rememoratio absolutionis et liberationis
defunctorum ut quando sacramentum hoc sacratum summe non pre
per nostram oblationem liberentur unde additur memento domine
Sexto remissionis nostrorum peccatorum quando proponitur nobis quoque peccatoribus
Ad septimam eodem quod in tercia parte istius sacramenti aliquid dicitur
in persona totius populi quibus sacramentum est dispensatum aliqui
vero in persona sacerdotum et ministrorum ecclesie per quos sacra
mentum est ministratum et aliqui in persona cooperantium bonorum pace
et obstante Ad populum quo sancti devota receptione sacerdos dicit
In voce dominicam orationem in qua petimus panem non solum cor
poralem sed sacramentalem et spiritualem fidelibus dari Ad ministrorum
vero a malo libera nos sacerdos dicit secrete libera
nos quesumus domine sed ad cooperantium pacis et dilectione ac coniunctione
unionem dicit Agnus dei qui tollis et dicit ter quia tria sunt
tempora scilicet gracie et glorie et quia prima duo tempora sunt misericordie
tercium vero erit pacis ideo in primis duobus dicit miserere nobis
in tercio vero dicit dona nobis pacem In missis vero defunctorum
conveniunt pax sed dicit dona eis requiem Ad octavum est di
cendum quod sicut benedicto sacramento nostra est consecratio quod christus sacra
cena suis discipulis suis et dato eis corpore suo sub specie panis
et sanguine sub specie vini ipse primus dixit ut in hoc sunt
autem tria necessaria in quolibet actione Primo populus assistentis

gratiarum et hec fit in prefacione secundo sacerdote celebrante relacio et hec fit in oracione in qua semper refert gratias deo de preceptis muneribus Tercio deprecacionem tractat et hec fit in ista missa est . vel in benedicamus domino vel in requiescant in pace
Sunt enim tres partes corporis ihesu christi misticu vel ecclesie fide lium . quia aliqui sunt in exultacione . aliqui vero in peregrina cione . et alii in expectacione . pro sanctis ergo qui iam beate de ista missa est . tamen si dicitur hostia primus a patre nobis missa est per incarnacionem . et nunc a nobis missa est per memoriam passi onem . ut festinemus ingredi ad illam requiem ubi sancti iam exultant . pro communibus vero peregrinantibus dicitur benedicamus domino set pro existentibus in purgatorio requiem expectantibus dicitur Requiescant in pace Nona est quod crux christi fuit causa nostre salutis sanctificacionis . et fuit causa nostre inimici eieccionis . et quia in missa totum misterium crucis commemoratur ideo congrue septem ordines crucis continentur propter ista tria Primo propter sanctificacionem que perficitur septiformi gracia spiritus sancti Secundo propter nostram sal vacionem / ut sic opus creacionis vii diebus intelligitur esse comple tum . sic opus nostre salvacionis et redempcionis septem ordinibus cruci um consumatum est Tercio propter diabolicam eieccionem quia sic muri Jericho in septem diebus corruerunt ut scribitur Josue vi . sic vii or dinibus crucis diabolica eiectum est foras et corruit potestas eius
Primus ergo ordo crucis incipit ubi dicitur accepta habeas hec dona et cetera ubi crucis oblacio fit in omnibus benedictis Secundus ibi offerimus maiestati tue . Tercius ibi sacrosanctum filii Quartus sunt tria benedicta per quem hec omnia domine semper bona creas Quintus ibi per ipsum et cum ipso Sextus ibi pax domini Septimus ibi commixtio et cetera . In primo ordine propter tria que est quod tres cruces fiunt in primo ordine propter tria que significat apponuntur propter tria que intelliguntur propter tria que petuntur Apponuntur enim tria que in corpus et sanguinem christi transmutantur scilicet panis vinum et aqua Prima et sanguinem christi transmutantur scilicet panis vinum et aqua Prima vero illa que sunt magis substancialia certe humane similia sunt ut in corpus et sanguinem ihesu christi transformentur Tria in istis intelliguntur fides que in aqua ad distinctione . imitatur In vino quod ascendit intelligitur spes In pa ne vero quia confortat intelligitur caritas Vel in pane quia fortificat intelligitur filius qui est noster gaudium In aqua que lavat intelligitur spiritus sanctus iuxta id effun dam super vos aquam mundam Vel in aqua intelligitur munditia castitatis In pane fortitudo operis pietatis . et in vino quod ascendit rectitudo intencionis equitatis hiis gradibus convenit omnes esse vestitos qui digne volunt hoc sacramentum recipere et ministrare Tria autem significat Nam per tres cruces significatur quod christus fuit traditus ad crucem . a deo patre a iuda et a iudeis Set tria petuntur Nam ut sint accepta deo bona communia . nature . bona gracie et bona glorie Set deo dicimus hec dona hec munera . hec sancta

sacrificia illibata, ut dona referantur ad naturam, munera ad graciam, et sancta sacrificia ad mortem passionis gloriam
Ad condecenciam. Est dicendum quod septem cruces facimus propter eorum que
fuerunt in ihesu christo consideracionem, propter eorum que sunt nobis
necessaria ad peticionem, et propter eorum que significantur representacionem.
Consideramus namque in ihesu christo in suo corpore et sanguine
apposita transformari septem prerogativas. Primo donorum et
graciarum bonitatem, secundo honoris dignitatem, tercio eternam
potestatem, quarto geminam caritatem ad deum et ad proximum,
quinto benediccionis sanctitatem ad transformandum panem et vinum
in corpus et sanguinem suum. Per tres ergo cruces primas designatur
quod apposita sint benedicta bonitate eius donorum, sint accepta
eius honoris dignitate et sint rata eius eterna
potestate. Et per duas sequentes significatur divinus quod per eius
geminam caritatem, qui animam et corpus pro nobis ponit, fiet
nobis illud quod appositum est corpus et sanguis eius. Et
per duas cruces tercio loco positas benedicimus panem
transformatum in corpus et vinum transformatum in sanguinem,
quia ipse christus ihesus benedicendo panem et vinum in suum corpus
et sanguinem transmutat. Et signatur per cruces tercio loco
positas talis transformacio fit, quia cum sint tria tempora, ante legem,
sub lege et post legem, quod est tempus gracie, in quo ihesus
christus venit in mundum, talis transformacio non fit virtute nature
nec virtute legis sed solum gracie et virtute ihesu christi. Secundo propter
eorum que sunt nobis necessaria peticionem. Nam per tres primas
cruces petimus propter timorem eius potestatis preceptorum observanciam,
propter honorem eius dignitatis morum honestatem et conversacionem,
et propter dona eius bonitatis eternorum premiacionem. Per duas vero sequentes
cruces petimus ex participacione corporis eius angelorum
et beatorum associacionem, et ex participacione eius sanguinis peccatorum remissionem. Sed per alias duas cruces tercio loco positas petimus panis
in corpus christi transformacionem et vini in eius sanguinem conversionem.
Tercio propter eorum que significantur representacionem. Nam per tres cruces pro-
factas super utramque apposita representatur triplex vendicio ihesu christi.
Fuit enim venditus sacerdotibus, scribis et phariseis. Per duas
vero sequentes diuisim representatur venditus et venditor. Sed per alias
duas representatur quod sumpto hoc sacramento valet nobis ad salutem anime
et corporis. Quinto enim est dicendum quod secundum consecracionem corporis et sanguinis
non fecimus cruces ut iam eum qui est sanctus sanctorum nostris
benediccionibus sanctificemus, sed ut per eius presenciam digne hostiam tam
sanctam et puram sumamus et offeramus. Et ideo in tercio ordine quinque
cruces facimus. Secundo ad representandum, nam per quinque cruces eius quinque plage
representantur, quas sustinuit in manibus, in pedibus et in latere. Ergo
ad animum commemorantur. Nam ihesus christus fuit hostia pura in passione,
fuit hostia sancta in resurreccione, fuit hostia immaculata in ascensione,
fuit panis vite eterne caritate esurientibus, et fuit calix salutis

Perpetue iusticia sitientibus Unde dicimus ob memoriam
passionis resurrectionis et ascensionis domini nostri ihesu christi Nam per imi-
tacionem passionis eius efficimur primum et offerimus hostiam
puram Et imitacione eius passionis resurrectionis efficimur sancti et offe-
rimus hostiam sanctam. Et imitacione vero eius ascensionis efficimur
mundi et offerimus hostiam immaculatam. Et participacione autem
panis sancti vite eterne consequimur fortitudinem dileccionis et per
participacionem calicis salutis perpetue consequimur gaudium eterne
exultacionis Ad nonam est dicendum quod in quarto ordine tres
cruces facimus propter tria significata propter tria requisita et propter
tria operata Nam per duas cruces quibus signamus corpus
et sanguinem ihesu christi significantur vincula et flagella que
in passione sustinuit. Per terciam vero crucem qua signamus
nos ipsos significatur quod illa que sustinuit nostre salutis fue-
runt remedia Requisita vero ad consecracionem istius sacramenti sunt
tria. ordo. accio. et intencio. ordo ut sit sacerdos. accio ut
proferat verba que in cena ihesus christus dixit intencio ut dicat
verba intencione consecrandi Ideo propter ista tria sancta consecracione
tres cruces facimus. Vel tercio quia hoc sacramentum sumptum digne
operatur tria Primo peccata purgat et reliquias peccatorum abstergit
Secundo virtutes roborat et augmentat. tercio ad vitam eternam reficit
Ad decimam est dicendum quod in quinto ordine tres cruces facimus propter
tria que a ihesu christo obtinemus quibus potissime indigemus
Nam indigemus peccatorum remissione baptismali regeneracione
et donorum ac graciarum consecracione. id est dicimus sanctificas peccatorum
scilicet remissione vivificas baptismali regeneracione et benedicis
donorum consecracione. Vel propter tria que de ihesu christo confitemur
Nam confitemur quod ipse est deus largitor [illegible]. id est nos sancti-
ficat. est deus fons vite. ideo nos per vivificas. et deus
rex eterne glorie id est per benedicis. et primus nos creavit quod omnia
per ipsum facta sunt tamen in verbo creacionis quod dicimus per quem
hec omnia bona creas non facimus crucem. quia nondum humana
natura a statu sue institute lapsa posset stare non tamen poterat
proficere sine gracia et virtute ihesu christi Vel propter tria que de christo
ihesu recitamus Nam ihesus christus in cruce existens tres oraciones
fecit Primam pro persecutoribus eius quando dixit pater dimitte illis
quia nesciunt quid faciunt Secundam pro liberacione a morte quando
ait deus meus ut quid dereliquisti me Terciam pro consecracione
glorie quando dixit pater in manus tuas commendo spiritum meum
Has tres oraciones tres cruces facte in hoc quinto ordine representant
Ad undecimam est dicendum quod in sexto ordine quinque cruces facimus
propter quinque genera operacionis et propter quinque genera rectitudinis
ascendimus nam ad cognicionem veritatis per virtutem sancte crucis
quinque gradibus sine quibus salvari non possumus primo per trinitatis
eternitatem. secundo per filii equalitatem. et tercio per spiritus sancti conmitatem

Ideo facimus tres cruces super illis verbis per ipsum et cum ipso
et in ipso / vbi nos qui sumus extra personas diuinas
credimus duo de istis per diuinis puta quod sit pater deus
et trinus id est scilicet duas cruces facimus Vel secundo propter
gradus operacionis Nam per ipsum intelligitur creacio / cum ipso
vero intelligitur operacio / et in ipso intelligitur conseruacio per
filium enim pater omnia creauit / cum ipso ihesu opera omnia operatur
et in ipso in vnitate spiritus sancti omnia conseruat cui est honor
et gloria / et ideo facimus tres cruces Vel quia in humana natura
quam dei filius assumpsit scilicet naturam diuinam extitetit verum
corpus et veram animam suscepit / id est scilicet duas cruces
facimus Vnde quia verus et integer homo fuit filius dei iace
ens in hunc mundum in vltima etate ideo in duabus crucibus
facte in hoc sexto ordine corpus ihesu christi integrum ma
nibus tenemus Vel tercio propter ordinem redempcionis Nam per tres
cruces factas post super scilicet tres hore representantur quibus
ihesus christus pependit in cruce Extitit namque in cruce ab hora
sexta vsque ad nonam sicut quas sunt tres hore Vel quia
iudei ter clamauerunt Crucifige eum Vel quia tres cru
cifixus in cruce passus est in manibus in pedibus et in latere
Duas autem facimus scilicet propter separacionem anime a corpore
vel propter aquam et sanguinem que fluxerunt de latere
Ad xviijam est dicendum quod in septimo ordine tres cruces facimus
quia in tercia die dominus ihesus christus resurrexit / qui nobis veram
pacem annunciat Vnde quociens crucibus sacerdos se vertit ad populum
quia v. vicibus in die resurreccionis se christus manifestat pacem annunci
ando Aliter possumus dicere / quod triplex est vita prima anime cum
corpore / secunda anime separata a corpore / tercia anime reassumpto corpore
In prima igitur vita nostra est pax que longe facit a cri
mine et peccato Nam est pax inferiorum et superiorum que est ordi
nata eo quod contempto superiori obediunt inferiores est pax simulata
proditorum / nequiunt enim se humiliare et pacem simulant et interiora
plena sunt dolo Est pax inquieta fermitatorum / est pax
scelerata scismaticorum / et est pax deo grata sanctorum et iustorum
In secunda vita est nostra pax que longe est a timore In tercia
vero vita nostra est pax que longe facit ab vtroque ista
tamen specialiter in eterna gloria Ideo dicimus pax domini sit
semper vobiscum. Fiunt autem iste cruces extra calicem quia de sep
tima etate qua ihesus christus nobis veram pacem dedit non erit
aliquid extrinsecus quod nos inquietet. Et ideo in septimo
ordine fiunt iste cruces pacem annunciantes in quibus
vnam partem dominici corporis manibus tenemus et in calicem
mittimus / duabus aliis partibus extra remanentibus / quia tres sunt
partes corporis ihesu christi mistici / quarum vna est beatorum existe
ntium in gloria / alia est morientium existencium in desperacione / tercia
est viatorum existencium in peregrinacione

xxvi

Sequitur de locione pedum

Nunc sequitur de locione pedum que obmissa sunt et de stare an textum Cenantibus autem illis post agnum pascha lez surgens ihesus a cena lavit pedes discipulorum de qua solus Johannes scribit xiii capitulo et post locionem pedum reassumpsit vestita sua et iterum recubuit et dedit eis et tradidit eis corpus suum. Hic post hoc surrexit iudas et ibat ad principes sacerdotum Et tunc dominus fecit sermonem istum qui ponitur Joh xiii Nunc clarificatus est filius usque ad decimumseptimum capitulum et illam sanctissimam orationem quam fecit ad patrem Joh xvii Sublevatis oculis in celum Et post orationem factam exiverunt in montem oliveti / iste est ordo veteris

Dicat ergo Johannes xiii capitulo Ante diem festum pasche Augustinus super Jo 68 in prologo exprimit transitum pasche fuisse quod nisi ipse hinc transiret ad patrem quam propter nos vel nos transire hinc quomodo possemus qui non propter aliud levati descendimus sed cecidimus Christus autem non cecidit sed descendit ut eum qui ceciderat sublevaret / transitus igitur illius et noster est de hoc mundo ad patrem de vita mortali ad eternam Unde super cenam alloquens Joh ewangelistam sic inquit Sermo est o sancte Johannes quod dicis diem festum Numquid dies festus est leticie et iocunditatis. quomodo nunc dies festus quo pre dolore sol obscuratur. petre scinduntur et terra contremuit. Tibi sic mater plorat cuius animam gladius doloris tunc pertransivit. et eius discipulus Johannes tempore sine dolore non fuisti Et ne hoc festum ubi ad maliciose occidendum dei filium inimici tui gladiis et fustibus maliciose conveniunt Certe tale est festum quale milites adversum alios bellantes cum instrumentis musicis tubis et fistulis conveniunt sub quorum vocibus et tactibus multi dolorose consternuntur et ea que ad gaudia mundi inventa sunt ad interitum plurimorum adducuntur. certe iste dies potius fuit luctus quam risus. potius tempus lugubre quam festivum Sed iudeis fuit leticia qui per Christi mortem credebant sibi et terre sue subvenire et perturbare eis pacem tibi vero et apostolis tuis fuit tristicia / Iudeorum autem leticia conversa est in luctum / tristicia apostolorum conversa est in gaudium Et considera quod pascha hic nominat transitum insinuans quod mors Christi tunc instans causa transitus eius et hoc mundo ad patrem / de tristicia que ad sensualitatem Christi ad veram leticiam de mortalitate ad immortalitatem de corpore grosso ad corpus glorificatum / Et illa solempnitas figura erat passionis Christi / Omnia enim in figura contingebant illis 1 Cor x Colebant enim iudei solempnitatem paschalem in memoriam divisionis maris rubri et deductionis populi israel

Per moysen de egipto per medium maris pharone et curri-
bus eius in mari submersis Sic et nunc appropinquabat id
presentissimum pascha quo verus moyses xpc ihesus per mare ru-
brum amarissime passionis et sui sanguinis effusi de-
bebat ire in terram promissionis ad patrem non post xl annos
sed post xl dies faciens nos ipsum sequi et docens suam se-
quelam / et ut iudeos moyses provocat ad sequendum
se ad libertatem Sic iste moyses moraliter verbo et opere
docuit transitum de viciis ad virtutes de morte ad vitam
de mundo ad celum pro nobis victima factus satisfaciens se ipsum
deo patri offerre in ara crucis Unde ergo hunc diem festum
pasche racione instantis quo ad pascha nectiore (?) ad festum
tatem pati voluit elegit Et ideo Iohannes ewangelista ondit
passionem xpi fuisse premissam et voluntariam dicens Sciens
ihesus . Et . d . non invitus non inscius sed voluntarie elegit hanc
mortem non sua re sed nostra Iohannis xviii Ihesus sciens omnia que
ventura erant super eum processit et dixit eis quem queritis Item
ondit congruitatem huius passionis quantum ad tempus dicens Cum
venit hora eius id est ipsa dies pasche appropinquabat unde est ista ho-
ra intelligenda fatalis vel cui subiecta esset sic stellarum sed hec
hora dedicata fuit divina providencia pro passione xpi

No —

Primo ergo ut veritas succederet figure ut post ymolacionem agni
typici ymolaretur sic xpc qui agnus a prophetis vocatus est et
agnus a precursore suo Iohanne nominatus est Iohannis i. Cum Iohannes
vidit ihesum venientem ad se ait Ecce agnus dei ecce qui
tollit peccata mundi / et ab ipso petro agnus dictus est i. petri i.
Non corruptibilibus auro vel argento redempti estis de vana
vestra conversacione paterne tradicionis sed precioso sanguine quasi agni in-
contaminati et immaculati ihesu xpi Secundo quia hec hora congruebat
consumacioni perfecte negocii a xpo ad que complenda missus
erat a patre / quia iam patrem manifestaverat mundo Iohannis xvii Pater
manifestavi nomen tuum hominibus quos dedisti mihi Et ipse
filius clarificatus erat a patre Iohannis xiii Nunc clarificatus
est filius hominis / venit ergo hora eius in qua pati pro nobis
elegit in qua patri obediens voluit usque ad mortem / magis
agredi ea voluit quo ad inicium sue passionis que diu
erat prophetata a prophetis Item ondit ewangelista passionem eius
fuisse permotivam (?) sed nobis utilem Cum sibi et transeat
ex hoc mundo ad patrem in corpore suo glorificato et per humanitatem
que nunquam ante ea visa fuit in celo a quo patre numquam reces-
serat per suam divinitatem / per quem transitum ipse transiens nobis celum
aperuit / Semitas ipse semita sancta fecit / infernum in parte
destruxit / viam paradisi ad quam omnibus per culpam claudebatur ondit
Ostendit iter pandens ante eos / Et hunc concordat beda super
Iohannem dicens Et mediante signo crucis xpi frontibus nostris idem
nostris animabus per fidem et caritatem impressum a servitute diaboli et
potestate huius seculi tamquam a captivitate egipciaca liberamur

et agimus saluberrimum transitum scilicet a mundo isto ad xpm et ab
isto instabili mundo ad ipsius regnum fundatissimum ne vero
sic modo transeunte transeamus Spes enim in rebus in capite suo
data est quod esse illo transeunte sine dubio secuturum si ipsum videlicet
vita et exemplo pro posse suo in presenti secuta fuerint Cum
dilexisset suos / Hic commendat xpus dilectionem erga nos et multis
Primo quia ipse preuenit nos diligendo quoniam ipse prior dilexit nos
et misit filium suum propiciatorem pro peccatis nostris 1 Joh. iiii ideo
dicit Cum dilexisset quasi dicat prius dilexit quam vocaret Jere xxxi In
caritate perpetua dilexi te et ideo attraxi te miserans Et
dilexit suos singulariter antequam redimeret Joh. xv maiorem
caritatem nemo habet ut animam suam ponat quis pro amicis suis
Secundo commendat dilectionem dei erga nos quia fuit congrua ideo
sequitur suos Notandum quod aliqui diuersimode sunt sui et econtra
sic diuersimode a deo diliguntur Aliqui sunt sui secundum creationem
tantum hos diligit conseruando et bona naturalia eis dando quorum
tamen multi hanc dilectionem non considerant et ideo ipsum caritatiue
non receperunt Joh. i In propria venit et sui scilicet per creationem eum
non receperunt Alii sunt sui per creationem et dedicationem quoniam da
ti sunt sibi a deo patre per fidem quos ipse redemit etiam
per efficientiam quo ad perseuerantes in fide et opere ut fina
liter decederent in caritate Joh. xvii Tui erant et michi eos
dedisti / et hos diligit finaliter conseruando in bonis gratie i.
Tercii sunt sui specialiter denominatione de quo dicitur Ista i Paralip
xi in principio Sobi dicit Congregatus est igitur omnis israel ad
David in Ebron dicens Ecce tuum sumus et caro tua Tibi enim
dixit dominus deus tuus Tu pasces populum meum israel et
tu eris princeps super eum / Illi dicentes Tui sumus o David
Et hos diligit specialiter consolando gratia interna visionibus supernalibus
bus et allocutionibus Et hic pretendit Crisostomus dicens Suos autem
vocat aliquos secundum familiaritatem communem quia et alios dicit suos
secundum creationem seu conditionem communem tamen dicit Sui eum non recepe
runt / Tercio commendat dilectionem quantum ad hoc quod fuit suis necessaria
Et ideo subdit Qui erant in mundo / quia aliqui dilecti erant
ab eo et sui erant specialiter qui erant in limbo sed cito ituri
erant ad gloriam qui contemptores in carne sperauerunt liberari
per eum / Hii enim fuerunt in statu salutis et in caritate quia in
gratia dei decesserant et tuti erant de salute Sed qui erant
in mundo instabili et in valle miserie quamuis sui erant
tamen nondum confirmati finaliter in gratia sed dubii adhuc erant de
salute / quia nescitur quod sumus hic nescimus an odio vel
amore digni sumus Eccles ix Sed per omnibus gratia dei
est suos custodia et conseruacio in caritate Et hic pretendit Crisostomus
dicens Addit autem qui erant in mundo quia sui etiam
erant defuncti ut Abraham ysaac et Jacob / Quarto
commendat dilectionem xpus erga nos quia perfecta Ideo sequitur
In finem dilexit eos i. intantum dilexit eos ut moreretur

1

2

quo

creatione

dedicatione

specialiter denominatione

3

4

modo

[illegible] modo

pro eis et ut usque ad mortem ipsum perduceret dilectio et
quia suos dilexit usque ad mortem non desiit eos diligere
post mortem sed sic sine fine ipsos dilexit Secundum Bedam
super Ioh. tam etiam quando sedebat super cenam dominus quod dile
xisset suos pro eis hoc fecit misericordia eos dilexit quousque
ad mortem eius dilectio perduxit, ut et tu quem delectatione eius
possis transire de mundo ad patrem. Te dilexit in finem et in
usque in finem in eius dilectione permaneas. Quomodo quia dilexit
te quam modo et tu eum diligere debes. Modo excessivo dile
ctionis diligendo te pro te moriendo, ideo tu eum diligere
non potes quantum debes sed ipse gratia a te diligi et tota
mente et ex toto corde et ex tota anima non plus desiderat
hic facit et sequitur Et cena facta id est agni paschalis in qua
Christus comedit carnes cum discipulis suis et alibi legitur non car
nes comedisse Cum dyabolus iam misisset in cor Iude ut
traderet eum Iudeis Symonis Scharyotis in cor id est in voluntatem
eius. Et est mittere in cor potest intelligi duobus modis dire
cte et solus deus proprie directe potest aliquid mittere in cor hominis
qui habet potestatem movendi interius voluntatem eius. Prov. xxi Cor
regis in manu id est in potestate dei. Alio modo voluntas movetur
ab exteriori obiecto sicut a deo bonum apprehenso. Unde est quod
quando suggerit aliquid bonum dicitur illud immittere in cor hominis
inducive faciendo hominem apprehendere aliquid ut bonum ex
quo voluntas movetur. Sed hic contingit dupliciter aut suggeren
do exterius et hoc modo potest homo aliquid in cor alterius mittere aut
suggerendo interius et hoc modo immittit dyabolus. Nam ex quo
vis ymaginativa est corporalis ex permissione divina dyabolus
sive dormiendo sive vigilando format quam ea species aliquas
quibus apprehensis movetur voluntas hominis ad aliquid illici
te appetendum. Sic ergo immittit dyabolus in cor hominis non
directe per modum movente sed inductive per modum suggerentis
et ita immisit in cor Iude ut pecuniam amissam de effu
sione unguenti ipse recuperaret vendendo Christum in venditione eius.
Sciens quia omnia ei dedit ei pater in manus id est in eius potestate
deus dedit Christo homini et tempore quia tamen sunt filii ab eterno
Math. ultimo Data est mihi omnis potestas in celo et in terra
et hic ideo ut ostendat eventa Christum non invoiuntarie pas
sum. Nam si omnia erant in manu eius id est in ipsius potestate
clarum est quod eius adversarii nichil contra ipsius voluntatem facere
poterant et ideo dicit psalmista Omnia subiecisti sub pedibus
eius Glossa Non solum angelos et homines sed simpliciter omnia superio
ra que sunt celestia, media que sunt in mundo existentia
inferiora infernalia ut in nomine Ihesu omne genu flectatur
celestium terrestrium et infernorum ad Philip. ii. Subiecisti sub pe
dibus eius id est sub pleno dominio et plena potestate eius iecisti
et dicit sub pedibus pluraliter quia pes Christi est eius potentia divinitas
dexter et sinister eius humanitas. Non omnia subiecta sunt
Christo quo ad utramque naturam humanam et divinam, et ideo alibi dicit
psalmista Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum

[...] Et quia a deo exivit quia de substantia patris cum coeternus
existens venit cum in forma dei esset non rapinam arbitratus
est esse se equalem deo sed semetipsum exinanivit formam
servi accipiens in similitudinem hominum factus et habitu inventus
ut homo. Et dicit Seruli(?) a deo ipsum exivisse est cum talem se
hominibus prebuit ut possit videri ligari tangi conspui
et postremo occidi. Et ad deum vadit quia celos post xl dies potenter
ascendit sedens ad dexteram patris constitutus a deo iudex
vivorum et mortuorum. Iam non moritur quia mors illi ultra
non dominabitur. De hoc dicit Joh. xvi Exivi a patre et veni in
mundum et iterum relinquo mundum et vado ad patrem. Surgit a cena
cum adhuc cena non esset perfecta quia postea iterum recubuit. Deponit
vestimenta sua ut sit expeditus omnis ad serviendum. Hec non
habet impedimentum in isto officio ordinem desiderium ma-
gni ad beneficiendum suis et remociones a se omittendum.
Nota quod quater deposuisse vestimenta apud legimus. In cena deposuit
eas et reassumpsit. Ad columpnam nudatus est et revestitus.
In illusione militum nudatus est et revestitus. Sed ab herode
non legitur exutus. Ad crucem nudatus est nec revestitus.
Prima pertinet ad apostolos quos in brevi resumpsit. Secunda ad
illos qui resumpti sunt in die penthecostes et paulatim re-
sumuntur. Tertia ad reliquias que resumuntur in fine mundi.
Quarta ad passam medietatem nostri temporis que nunquam resumuntur.
Et dicit Aug. super Joh. deposuit vestimenta qui cum formam
servi accepit cum seipsum exinanivit non deposuit quod ha-
bebat sed quod non habebat accepit. Crucifigendus erat spoli-
andus vestimentis involvendus in morte linteis. Ut in
cruce linteo circumcingendus. Et tota eius passio nostra pur-
gatio et loco fuit. Et ideo lavit pedes discipulorum ut per
eius passionem mundarentur. Et cum accepisset linteum precin-
xit se. Luc. xii Amen dico vobis quod precinget se et faciet
illos discumbere et transiens ministrabit illis. Sermo de quadra-
gesima sermo xv. Precinxit se linteo dominus et salvator ad mun-
ditatem sui et abstersionem abluendorum ut sic alios lavet
et tergat ne seipsum maculet. Porro et sic tota cautela illorum
habetur qui aliorum confessionibus vacant tamen sic sibi mundi invigilat
ut taliter alios ordinet ne seipsos periculis exponat. Ne-
dum alios abluunt aut tergunt ipsi turpentur. Nemo enim tenetur
alios spiritualibus periculis adiuvare et alios inficere cum anime
sue detrimento. Et quamvis sit aliquis actus turpis et de cuius actus
et opus turpat artificem tamen expectatio lucri tolerat tur-
pitudinem gaudens animus in turpitudine corporis propter
lucrum. Sed nullum lucrum ubi est turpitudo peccati et ideo cum
detrimento anime et periculo salutis propter aliorum utilitatibus
nullus intendat. Sed postea caute linteo se precingat antequam
abluat aut tergat quemquam aliorum quibus curam suscepit
abluendi aut tergendi. Linteum est omnibus corpora pone pro

nota

salute aiaz / et ciuas vosspone ad petim est omnibz iuste
interdictu hz d. q. xi Saluator ihus prodest hic concludere
dicens de seipo Maiorez caritz nemo hz vt aiaz suam
qs ponat pro amicis suis Vndez Symon Ubi recapitul
p ronta corpali Non ait sic q ad pusim peccadi p alio
aiad exponat Et ideo dr ath xvi Cuid pdest homi si
vniusum mudu lucret aie vo sue detrimentu patiat
Et gregorius dicit creata detrimentu q fit p veniale per
catum quo impedit pfectus gre et differt glad Et no
dicit dapnu / et et hic est argumentu q pro quotcumq bo
tepali alteri uel sim Non dct veniale paim gmittere
Addit Symo linthea albo precinxit se dus vt puritas
sit in actionibz unde que prosit actory seu gmidatory
et mudandi linthea saluator precinctus precinctione so
tuitis gmemorat quia ppha clamat dus dus regnauit
decorez indutus e et alia tusslaco hz gotuitez / omni so
tuite ipse erat precinctus d'mitans nos solitute debe fugi
amz ad pximoz obsequia pcedamus / ne dum fruimus
in actiuis pximo in magnis debite displiceamus
deo / et dum aliene intendimus pficienda solitute / pcedem
nostipo poamus Et ne maculamus in gplaz maculam
quaz in alys affectamus abstergere Saepe nam idcirco
accidit velut imgpitis medicus ut de fame a
sangne quia abstergunt ab infirmis ipsi sordescunt
/ et in festiualibz induimenta suscipiunt maculas quas
p cautela linthei precinc nesciunt Glo d. vnde age
tu dicas pro q in linthea designet puritas ai
mudicia. tu linthe cui suscipit turpitudinem du p ipz
aliqs tergit qui erat sordidus Vndez Symo / Et ce
terus agit ad interiora refert e / ipse sic eadem solitus
hz cautela z possessorez ad vtilitatez ad pximi / sic
pt dici solitus que maiuscule precedit Primo enim solitu
tuit agitez anteqm inferat alteri solitatez Vecl
hic sic fit sz tunc cictore et solitas pxim p bom
solite Deinde misit aquam in pelui Vnde sup
cena Ista aqua e la benedicta que sordes mudi la
uat / leprosos mudat / cecos illuminat / sanat egrotos
iustificat impios / resuscitat mortuos Ad hanc aqm
dus inuitat sitientes dicens Si quis sitit veniat ad
me et bibat / Aqua ista est spus scus de qua clamat
ait dereliquerunt fontem aque viue z foderunt sibi cister
nas dissipatas que gtinere non valent aquas Pelius illa
in qua dus spm sctm fudit est caua fidelius in qua
p lauacrum regnacoie spus scti sordes recedentem ab
luuntur qui dus pedes aploz i. ipoz vestigia sequitur

Post hec aquam in pelvim misit. Grana spiritus sancti posuit
in ministram et in Symonem, sed secundum cuiusque tribuitur et in
mensuram devocionis et fidei et aliarum capacitatem constitucionis
secundum sciencie sedulitatem et augmentum recipit. Ministra sive
natura pelvis est instituta loco in ipsa aptitudo ac habilitas
naturalis suffundit aquam ut ex omni parte sit ap-
titudo constituta. Graciam autem infundit dominus Ihesus Christus que
lavat a maculis peccatorum ut tam magnas sordes quam
parvas lavat usque ad perfectam mundiciam possessionis
quam mundiciam affectibus superinducte super puram creatoris imaginem
et in regeneracione sancta facta per aquam sapiencia mundatos
lavat ab ignorancia intellectum. Sic ab sapiencie que potatur
tur electa in pelvim mittitur ut discipulorum pedes lavantur
tur ut gracia stat in sapiencia salutari non in sapiencia hominum
evacuanda per illam. Hic facto sciens se esse regem regum
et dominum dominancium nec oblitus se esse dei filium naturalem
et non ignorans suam sublimitatem. Cum talis esset et
talem se sciret tamen in magne caritatis sue indicium
in magne eciam exemplum humilitatis non dei dominus sed
sermo hominis implet officium. Humiliat se ut ministret qui venit
ministrare et non ministrari. Et surgit a cena agnum typi-
cum volens lavare pedes discipulis. Et quo permissus quidem
timorem dum is qui a deo exivit et ad deum vadit pedes
lavare voluit. Loquitur quippe civitati de tanta dominus
humilitate et admonens nos ut quanto magni sumus
humiliemur in omnibus et de donis dei gaudentes super biamus
ac si per hoc dicat homini: si ille qui filius dei erat et prod
equalis suam adeo inclinat maiestatem ut humiliaret
sese ad pedes hominis, quid deberes facere miser homo qui es
Et discipuli ignorantes quo
tua et timens. Dominus stans est et discipuli ignorantes quo
velit ire. Ipse autem descendit cum eis in aliud locum inferius
in eadem domo sub tectis cenaculi. Que a superiori parte domus
palestini faciebat cenaculum et inferius cubiculum. Sunt
autem in monte Syon due capelle ubi erant canonici re-
gulares cum abbate secundum regulam beati Augustini domino ministra
ntes. Una superior ubi cena facta fuit et spiritus sanctus super
discipulos descendit. Alia inferior ubi Christus pedes discipulis
lavit et eis iam ire clausis apparuit. Tum est contigua cimite-
rium quod dicitur bonorum sociorum possessio, ubi sepulti sunt
beatus Stephanus, Nicodemus, Gamaliel et Abibon cum aliis
viris sanctis, ubi etiam est sepulcrum David et Salomonis et aliorum
bonorum regum Iuda. Sed ubi Cepit lavare pedes disci-
pulorum suorum et exitus Emitheo quo erat primus. Et
per hoc despicitur humana presumpcio. Ipse enim Christus inter
ceteros preceptores erant per Christum sed tu ratione indige
bat aliquas habentes immundicias. Quidem det intelli
gi quod quantumcumque homo sit perfectus nichilominus tamen purificari indiget

et aliq̄s inmundicias contrahit p̄ venialia pc̄ta / Vel aliquin
hīt huiusmodi immundicias in pedibꝫ tm̄ .i. in eoꝝ affectibus
Secundaꝫ at non solū in pedibꝫ immūdi sūt s; totaliter
sūt infecti quī scd̄m affectū et scd̄m sensū amori tre
noꝝ inhererent De primis est sciend ꝙ sic hystoriꝫ
scd̄m ꝫ ad minꝰ terraꝫ pedibꝫ contingere ita quidem omnis
in hac vita mortali que rebꝫ trenis ad sustentacōm
corporis indiget ad minꝰ ex parte sensualitatis aliquo mūda
num ꝯtrahimꝰ p̄ adhesionē trenis puluerꝫ Sꝫ ablucō
trenoꝝ affectuū hic incipit ꝫ ꝯsumabit in futuro
Tūc enim implebit dictū ysa. xxxv Via scā vocabit
Sꝫ quis nūc pt dice mundū est cor meū qui mūdꝰ sū
q2 si dixerimꝰ ꝙ pc̄m nō habemꝰ nosmetipos
seducimꝰ ꝫ veritas in nobis nō est i Joh. 1o Sꝫ ad
uerte scd̄m orig ꝙ dominꝰ imminente sua passione
cepit lauare pedes discipuloꝝ / quia si dm̄ an lauisset
eos iterū fuissent sordidati ꝫ ideo tūc incepit lauare
quia ꝓximos iterū erat abluturꝰ eosdē discipulos post
passionē aqua spūs scī Act. i. Vos autē baptiza
bimini spū scō non post multos hos dies Et in hoc
ope apparet maxima humilitas saluatoris et lotōe
pedū qui sūt ptes inferiores corporis talitates lauit Surr
exit sup cenā Ihūs cū discipulis recumbens a genua
flexit humilis / et p̄ciuꝰ pedes discipuloꝝ lauit
O quis ꝯtinens audiunt talia O stupenda pietas mi
ra dei clementia lauit pedes discipuloꝝ de nichilo q̄
creata creat Quid tibi videtur quicumq; es hō quē in
ca accedit / supbia ꝯsumit / ita pturbat supbia dema
scit pimptꝰ ad ītaꝫ festinꝰ ad supbiā. O supba semen
dyaboli. o apostota spūine / o serue nequā ꝙ tibi videtur
de creatore tuo ꝫ de deo tuo Ille pronꝰ lauit discipul
pedes ꝫ tu dedignaris humiliari fribꝫ offensis O serue ma
le semen chanaan ꝫ nō iuda Cur es ꝑ auctoꝫ supbie
deceptꝰ / cur nō ꝯsideras quis ē ille quē ꝑ supbiā sequis
ꝫ quis ē ille quē sectaris sicut quia bonꝰ ē ic a quo de
vias / ille ē dyabolꝰ iste deus. Elige et hunc quē imi
tari et hunc ē meliꝰ. Et hmōi patet tria scd̄m orig ꝑ
hoc ꝙ misit aquā in peluī designatur effusionis ipiꝰ ef
fusio ꝫ sanguinis effusi memoria in cordibꝫ fidelium Se
cundo ꝑ peccatoꝝ nostroꝝ ablucō quia cepit pedes lauare discipuloꝝ
Tercio penaꝝ nostraꝝ in se susceptō Nō enī solū ma
culas nostras lauit s; penas ꝑ eis debitas in scipo as
sumpsit Nō enī pene et pine nr̄e sufficeret nisi subdi
verit cū mūdo ē sorte passionis xp̄i ꝫ hic pꝫ et eo ꝙ a
tersit pedes discipuloꝝ lintheo ꝑ corpus sui i. pe- ... per
tanta ꝯtra ipē ptulit in corpe suo sup lignū ut petrꝰ

xxvi

mortem iusticie consumans. Et ideo dicit Symon de Cassia
li. xiii c° xxv convenienter lotio xpi l(icet) mistico quo prius
erat abstersit se ab omni actione inutilitatis proficua convertit
Abstersit enim pedes i(d est) suos affectus qui abstersuri erant
secreto oculos a doloribus atque punctis sicut refert Joh(annes) in
apoc(alipsi) c° xxi dicens. Abstergit deus omnem lacrimam ab
oculis eorum et mors ultra non erit neque luctus neque cla
mor neque ultra dolor. Lavati erant pedes secundum l(itteram) mistico ab
stergitur in designacione destitute vite ad secundas humili
tatem quia sepe nobis molestant affectus in perpessione malorum
quia mollitiem hortando prohibebat semper ut dicebat
per Jeremiam hiis qui de populo dei tenebantur in Babilone
in captum fugite populus meus de medio babilonis et salvet
unusquisque animam suam ab ira furoris domini ne forte mole
stat cor vestrum et timeatis. Sic enim molestat cor hominum
atque per affectum vel amore carnis aut aliquo timore per
venitur ad aliquod malum perpetrandum. Sic xpc abstersit humi
ditatem a pedibus ne nos molestant affectus ut sit humilitas
et fortitudo ad perpetiendum que veritas et iusticia nobis
Et idem Symon de Cassia eod(em) li. c° xii Admiratione lo
quens de lotione pedum et exhortatione sic inquit. Videte profundis
sime humilitatis ensignia quod divina maiestas pedibus
apostolorum inclinatur et genuflectit cum homines deus ipsam pec
catores sanctitas iusticia ad iniustos eterna mortalibus
et immortalis cum creaturis creator sol cum stellas lux
cum tenebris dies cum noctibus lavat genibus flexis
ret omnium regum et dominus dominancium et cuilibet creature
possit esse humilitatis quia salvatoris ero sit ipsa pro
fundior et omnibus species ineffabilis immo infallibilis p
rogatur donande indulgencie peccatorum atque future glorie
ut cum humanos pedes in simile atque ob secundum labo
riosum salvatorem omnium intelligimus inclinatum
Venit igitur ad Symonem Petrum ad cuius apostoli cecior
et quem et in quo alios instruere volebat unde omnes
vidisset sicut petrus nisi fuisset in ipso providencie deduc
tum Orig(enes) dicit quod dominus cepit lavare ab ultimis Et Crisostomus
conatur dicens a Juda proditore primo lavisse proditoris
Et in hoc fecit sicut bonus medicus plures habens infirmos
ab hiis incipit qui magis indiget. Sic xpc incepit
ab hiis qui erant magis indigentes et ultimo venit
ad petrum minus indigentem. Et dicit ei petrus domine tu
michi lavas pedes. Cum enim petrus xpm ante se genu
flectentem humiliter conspexisset nimio tremore expavit dicens
domine tu michi lavas pedes tu qui es deus michi homini
tu magister michi discipulo tu dominus michi misero. Unde Crisostomus
in persona petri dicit alloquens xpm manibus intellectibus
quibus cecorum oculos reserasti leprosos mundasti mortuos

Instititisti in lauare pedes, q. d. Non audeo talia sustine
a dño meo et mgro Unde in concordantiis Sermo de cassiodoro
Domine tu michi lauas pedes qs tu qs ego quis tu
tu cel tu deus michi homini tu creator michi creature tu
iustus michi iniusto tu dux michi seruo tu liber michi misero
tu magister michi discipulo tu immutabilis michi morti subiecto tu
dux angelorum lauas pedes plebeiorum. Agnouit enim pe-
trus altitudinem quam in xpo cognouerat confessus dicens Tu
es xpc filius dei viui math. xvi et et hic nolunt pati ma-
nu saluatoris pedibus suorum contactum ignorans michi altitu-
dinem diuini consilii super misteria diuine instructionis et mee
salutis Nec videbat michi tamen vas diuinis aptas quiescenti
nas ut deus homine facto hominem primum hominem ablueret et
tum coniecto p tto Sed quemennam non erat apta debito
aut mee iusticie magis in mee diuine mee parde-
batur quam ineffabilem adhuc petrus perfecte non erat
profecto se denegabat ab illa maiestate lauari et
ideo dicit Bernh. Cum dns ihc pedes discipulorum lauare
cepit prius ad primum discipulorum venit. Et ideo petrus
expauescit quod deus lauare pedes hominis. Nam pauore
perterritus non potuit sustinere deum ad pedes suos humili-
ari. Viderat enim cum aqua in pelvim mittere se lin-
theo precingere et mirabatur forte quid vellet facere Sed postquam
vidit ihm ad pedes suos cum aqua ponere genua
flectere et ad lauandum se parare ulterius quod dici potest magis
expauit, et magno timore perculsus ingemuit et excla-
mat dicens Domine tu michi lauas pedes tu deus michi
homini ut supra Surge domine surge deus meus quod
vis facere non possum sustinere. Oculi mei te videre refugi-
unt sic prostratum sic prostratum ad pedes meos surge
creator surge deus meus surge lux mundi vita mea
et gloria mea Noli facere quod video te facere velle. Respon-
dit ihc et dixit ei Quod ego facio nescis modo scies
autem postea. Dupliciter ergo potest intelligi hic sermo quod ego
facio in exemplum tu nescis modo i. non intelliges
et autem postea tunc scilicet cum exposuit eis dns Scitis quid
fecerim vobis. Aliter enim non potuit superbie mee curari
curari nisi per maximam humilitatem redemptoris mei et
tam postquam istud adhuc cum lucifero superbiunt multi
contra sic successores xpi. Alio modo potest intelligi quod
ego facio tu nescis modo i. hic misterium est et secretum
et significat interiorem mundaciam que non potest fieri nisi per
spiritum sanctum accipies et dicit dls nescis modo quod
misterii altitudinem scies autem postea vel ad literam

xxvi

vel ad instiam huius operis significatorem et revelacione
spus sci. Et ideo dicit Aug9 in psona xpi ad petrum Scies
post ea tpe in eo loco in quo nunc renaris spus scte adve
niens docebit te omnem veritatem in noie meo demoran
cie cum spu scto dicitur qz sedeo ad dexteram patris unus
existens cum patre et spu scto in essencia. Tu nescis mo tu cre
atura tu ho tu peccator tu creator tu nebula ignorancie ob
volutus tu in presumpcione me negaturus. Nescis modo qz ego cre
ator deus et ho iustus comprehensor omnia confessurus in terra coram
divino atque perpetuo conspectu iniquos cum veritate fideles facio
Tu nescis modo qz tempus ignorancie tempus peccati tempus negacio
nis tempus perdicionis tempus tenebrarum tempus imperfectionis tpe
belli et ineffabilis pugne tpe mundi pro fide omnia tpe
sunt et scias tpe sz omnia tpe sunt que sub spacius tu sentis
omnia sub sole. sub quo sole sub sole iusticie divinitatis
[illegible] Sub sole in oculo invisibili nullius corpo
ralibus lune. Et si omnia tpe sunt quousque pretendis postea p eo
qd dicit Scies autem postea quousque in eo loco spus scte adve
niet doctrina aplos omnem infallibilem veritatem secundum igitur
de omnibus providenciam expectare divinam et eius in fide perfecte
voluntatem. Dicit ei petrus Non lavabis mihi pedes in eternum
i. michi qd absit a me qz sustineam hoc a magistro meo et
deo meo. Sed quare petrus recusat? Psalmista dicit Glosa super
Iohanne hoc fecit propter nimium fervorem amoris quem habuit
ad xpm Alii enim discipuli cum quodam timore recipiebant
xpm. Ideo qz absque discussione factum sustinuerunt. Unde
Iohis vltio dicit petro Symon Iohis diligis me. Sz qz petri
contradictio non erat racionabilis ideo statim correctus est. Unde
respondit ei ihus. Si non lavero tibi non habebis partem mecum
i. consorcium electorum et regni dei. Pes dicitur pes hereditatis mee. Et non
qz quamvis amore filiali timet deum inter omnia que timet hoc est
principale ut ne separet a deo et ne separet ab illa gloria
quia electi sunt participes. Sciens ergo dominus qz petrus tali amore
ferebatur in ipsum comminatus est ei qz non haberet partem cum ipso nisi
lavaretur ab eo. Ideo hoc audito cito consensit quia si tamen
aliquid misterium a xpo audiuimus. Vel aut vero xpus dicitur esse h
qz ... nichil comprimitur nec diminuitur per gloriam xpi participare
habere ad affectum nuper quem per pedes designatur est unde
per quos inficitur regimen anime i. ve. Et glo qz est quedam hec
veritas que est xpo et sucre ut deus per alia est que est xpo
et tales erit sucre si mortalitatis. Tercia est xpi et nos erit
sucre sz genus humanum. De pa dicit propheta Deus pars hereditatis
mee. De secunda sequitur ibidem Tu es qui restitues hereditatem
meam mihi i. gloriam immortalitatis electus meus quam in adam
perdiderunt quam dicit sibi restitui ideo qz ipse amiserat
eam si nobis sz per ... sua sz capitis et membrorum dicit hac

hereditatem suam esse Et quia illarum hereditatum pt dca pe ipa
de qua hic loq[uitu]r eivata De tua hereditate dicit propheta ps po
postula a me et dabo tibi gentes hereditatem tuam. quia quibus
vis gentiles sit hereditas xpi inquantum creator sic et prius
quia bo sunt indivisa tamen hereditas sic gentil populus data et
filio a patre inquantum homo / Et ex aliis patet quod volens fieri ali
enus ab hereditate xpi omnis sive et obedire precepte quia incl
illicitam enthil iniustum nichil impossibile recipit Unde dicit Omnino ho
mo cap° xviij dicit Expedit omnino quin a xpo non vult fieri
anthea magis quam sibi superiori meliora decenti credere
neque in bonis sue aut proprie auctore fieri nichil firmare
in ipsis quia propter meliora non fiet maiori dilectione propositum
Multos enim decepit regulatio proprie voluntatis Non solum appa
tis eualis sed etiam in manifestatis bonis Duo enim sunt vi
cia quia plura dissentia omnem animam tamen adherere attinen
tibus voluntati Primum est regulatio proprie voluntatis Aliud est
reputatio proprie mente / Omnia per obedientiam semper / altum. Secundo
per solutum appetitum et per altius superiorem factum sepe corrigere
Regulatio proprie voluntatis a semper diminuit et actus inde est corrupt
tum quis sibi facit regulas speculandi diligendi et offerendi
et intelligendi sicut nouit aut scitis est sepe inaze testi
monia nisi prout sue concordauerint voluntati Sed etiam
dicit potius nisi dico vider a propriis passionibus non esse
divisa Non enim querit a propria voluntate regulam aliorum
dictis nisi fuerit ab eo cum prius magis vult omnium
in sue ymaginationis concordiam devenire quam ipse velit
concordare cum ceteris Et durum est talibus aliis credere et a
prohabite resilire Unde sed huiusmodi contra aliter quam per
fidem alti passitam et fidem et obmittam abrogat Credit n
se meliorem in suis directionibus determinasse / hic enim certo
laborat quo quis laborabit et petrum Sed superiore obmittam
est corrente totum se mutasse et offerens circumspicientis ad
iudicium / Reputatio alia proprie mentis est credita voluntate aut ali
cui bonitate possessio non inherere aut super aliud aristiacio
Reputat enim se talis humilitate longam inhabitare ipsius
tamen certam considerata proprietas facit omnino contrarium apparere
et sic est de ceteris virtutibus longum que sunt in esse cre
dant tamen separare considerata proprietas in veritate non accetunt
in reputatione se easdem possidere / Comparato autem ad alios
experimentalis et contrarium sepe patefacit et destruit / quia multi
in fortes adletthe de propriis viribus super alios presumpserunt
ut non crederent eis similes evenire quin tamen comparatione forces
quas tamen aliis fuissent experti erubescentiam passi sunt
sua memoria intelligentia atque alia virtute magna
estimatione assumpserunt dum post tamen ad examen

confusi sunt qui inueniunt sibi equales aut superiores in
virtute sua alios grande estimabat Et ideo corrigamus
nos et iudicemus minores credentes superioribus sic seipsum
correxit petrus credens xpo verum fatetur Dicit ei petrus
Domine non tantum pedes sed et manus et caput quasi dicat Ergo
sic mundare eum et omni scientia voluntati tue pareo. tecum
in regno tuo habebo partem ideo omnia membra mea tibi la
nanda offero Et per hoc datur doctrina quod aliquis homo
credat aliqua que sunt necessaria ad salutem postea tamen cogni
ta eorum vtilitate ab eo qui clarius intelligit et intellecta
magna intelligencia que illis obmissis committitur debet
mutare propositum et non perseuerare in malo proposito prius
habito prout petrus hic fecit Et omnes negociatores et resi
stentes diuine voluntati in ira domini sic fieret quemadmo
dum hic fecit petrus quod si fieret omnes sine dubio omnibus
preceptis domini obedirent In hac enim visione domini tri
tus totum se offert ad abluendum amore turbatus et
timore Vnde legitur in Itinerario clementis quod petrus
nimium afficiebatur ad xpi corporalem presenciam quam feruentis
sime dilexerat quod post xpi ascensionem quociensunque erat
memor presencie xpi et eius conuersacionis totus resoluebatur
in lacrimas ita vt gene eius videbantur aduste Et ideo
multum timuit separari a xpo et ab ipsius societate Quia
quando tamen xps dixit Non habebis partem mecum mox ince
ptus totum se obtulit ad lauandum Et ideo dicit Bernhardus
super Cantica in persona petri ad xpm quod est quod dicis Non
habebis partem mecum Bone ihesu es porcio mea dulce
do mea spes mea salus et omne desiderium meum Ecce
me fac quod vis laua pedes et non solum pedes sed et
manus et caput Et ideo Bernhardus conuertens sermonem ad se
et ad quemlibet peccatorem hic inquit O dulcis ihesu cum hoc sit verum quod
nullus possit habere partem tecum nisi prius eum laueris mise
rere mei miserere queso Ego sum ille tuus peccator totus immundus
totus sordidus partem tecum habere cupio quare despicias me deus
salutaris meus propicius esto mihi peccatori laua sordidum laua
inquinatum laua manus laua pedes laua caput laua me
intus et exterius laua me ab iniquitate mea et a peccato
meo munda me Et laueris me super niuem dealbabor
Et nota quod in homine tria sunt caput quod est summum pedes
qui sunt infimi manus que sunt medie Et sic in inte
riori homine scilicet in anima est caput scilicet racio superior qua anima a
heret deo i Cor xi Caput mulieris est vir i superior racio
manus autem racio inferior que vacat operibus vite actiue pedes
sunt sensualitas Dominus autem sciebat discipulos suos esse
mundos quantum ad caput quia deo vniti erant per fidem et caritatem

et qntu ad manus qr corde opa scta erat Sz tn quntu
ad pedes aliqs affectus terrenos et sensualitate habebat
Petrus aut timens xpo comiacionem consensit no solu quo
ad ablucionem pedu sz manuu et capitis. Et d. Dne
nescio an indigeo ablucone manuu et capitis
Nichil enim mi conscius sum et tn no in hoc iustificatus
sum. totum ergo voluntatez tua pono ablucionem manuu
et capitis et p hoc dat doctrina q intelligencia voluntas
et sensus nrm reglanda sunt scdm reglam diuine vo
luntatis. qr illi obediendu e qm plus nouit qnta sit
mens nostra sunt q nos ipsm et pnsimilter ideo ago
ster cio potentes. Dicit ei ihus Qui lotus e no indiget
nisi ut pedes lauet sz e mudus totus Remigius d' Cassia
ho in pa bapmo totus abluitur sz cu rebz huanis conr
p ipm tra calcat Ipo ergo huam affectus sine qbz
in hac mortalite non viuit qui pedes sunt qbz vis
et huanis rebus afficiuntur. Et si dixerimus qm pctm
no habemus nosmetipos seducimus. Ideo hō sepe indiget
ablucone pedu, i. purificacone affectuu eciaz si no comit
tit pctm mortale sz consueuerat cotidiana bapmis Remaa
nt dt Augus Qm pq baptm aqs mortale comittit
non solu in pedibz sz usqz ad uertice pnitus maculatur
ita q no sit mundus et discipulus xpo indigeret tn lotione
pedu Immo e mebru putridu indiget lotione cciori
p pmas et contricioz. et et hoc pz scdm Augus discipulos
xpo fuisse baptisatos sine bapmo Johis sic aliqui
credunt sine bapmo xpo qd credibilius e de quo plenius
vide poss luca sup Johanne sup 3o ca eciaz
ubi mouet hac qonem Cnali bapo aplu xpo sit bapti
et ibi clare declarat q bapmo xpo ut ibidem pz. Et vos
mundi estis Et si mundi erat qre tn cos dns abluit
Vnde et Augus Et mundi erat qntu ad capt et manus sz
ista tn adhuc maiori indigebat mundacone pedu. qr eciaz mundi erat qo ad
Beda sup Johanez vita e quotidie pedes lauat hic est
terrenas affecciones quas conuersa suscipit frequent expurgare
cottidie qr eos pedes lauat qui quottidie interpellat
et quottidie nos opus habemus ut pedes lauemus
i. viaz spualium gressuum dirigamus. Et et hoc est argu
mentu q quociens quis vult communicare tociens confitentur
eciaz si de mortalibz consciam non habuit. Sed no omes
qr vnus cordi et capt e manus undas habebat Qui tn pe
dicionem sui magri volidate crepat et ad opus in parte
te pouerat vendendo magrm et statim p cena completum

erat ut migrarent sinu et domini traderet manibus impiorum
occidendum Unde sequitur Sciebat enim quis nam esset qui
traderet eum propterea dixit non estis mundi omnes / quod dicit evan
gelista ideo Christus dixit non omnes quia sciebat iudicium
mde proditoris / Primo enim homines volunt iudam clare
mundum ad pauperes Luce xi Date elemosinam et ecce omnia munda
sunt vobis / Et amor dei Luce vii dimissa sunt ei peccata
multa quoniam dilexit multum prima Petri x carum mediam Universa
delicta operit caritas / Et hec dno deficiebat inde simia
quia quia fur erat et loculos habens et defraudabat pau
peres in elemosinis / Item amor ad Christum quia iam diabolus
miserat in cor eius ut traderet eum principibus sacerdotum / Postquam
ergo lavit pedes eorum accepit vestimenta sua Symon
Ecce abluti sunt et absterti apostoli pedes quos sic esse de
cebat qui delatum per universum orbem erant lavacrum / et
non solum homo sed deus et homo ab hominibus crederetur / et dispo
sit in deo firmo et vero speraret et super omnia diligenter ab
omnibus amaretur / Multa oportebat fulgere miracula illos
Christi discipulos qui tam magna tam ineffabilia debebant
quam malibus hominibus intonare verum dicere / Sed pia credu
litas et Christi humilitas utique persuadent dilectio me compellunt
ut pie credam / Etiam super apostolos pedes Christum sua labia
osculando pressisse / Quamvis de hoc ewangelica non loquitur histo
ria sed non minus humiliora enim legimus ipsum fecisse pro
nobis et ab illa pia deosculatione credo sumptum et quod hac
inolevit mos in ecclesia usque in hodiernum diem quod ma
iores cum laverunt pedes oscula imprimant pedibus subiectorum /
Symon Ihesu lotionis misterio salvator vestita resumpsit
atque resedit ut nobis det terra vite accedere ut proximi pro
proximo laborantes imitemur ad ornatum sanctitatis ad proximum
nos colligentes veniamus / et resumamus illas actiones que nobis
soli existentes deo placeant / Et sequitur Augustinus hec lavacrum
ministrare sic quod impleta redemptionis mee purgatione ab
lotione per sanguinis sui effusionem per quem lavat nos a
peccatis nostris / Accepit vestita sua tertia die resurgens
de sepulcro sed eodem corpore iam immortali vestitus sed cum
recubuisset ecce ad liberandum ascendit ascendit ad celum sedens
ad dexteram patris recumbens denovo inde venturus ad iu
dicandum Sic omne exiturus erat de mundi sed non neque ab eius
indicatius semper Unde sequitur Et cum recubuisset iterum dixit
eis Scitis quid fecerim vobis / Hic Christus postquam suos disci
pulos factis docuit humiliter et proprio corpore / docet tempore
in sermone quia post lotionem pedum iterum sedit ad mensam et

comedit & dixit eis verba hec Scitis qd fecerim vobis q.d.
facta quidem vidistis s; tamen quare hec fecerim non intelligitis
Et ideo sic querit vt ostendat magnitudinem s; ad co
siderandum inducat. Opera eius dei considerata sunt qr sunt
profunda ps Quam magnificata sunt opera tua domine. nimis
profunde facte sunt cogitaciones tue. Non n. possumus suf
ficienter scire racionem operum dei Unde eccus viii pe Et
dt Salomon Est homo qui diebus & noctibus sompnum non capit
oculis s; ad intelligendum discrecionem operum dei in terra Et intel
lexi qd omnium operum dei nullam possit homo invenire rac
cionem que fiunt sub sole Sunt eciam delectabilia ad con
siderandum ps Delectasti me domine in factura tua Sunt eciam
utilia qr ducunt in cognicionem factoris Sap xiii dt Salo
in principio Vani sunt omnes homines in quibus non subest
sciencia dei et de hiis que videntur bona non poterunt intelli
gere eum qui est neque operibus attendentes agnoverunt quis esset artifex
q.d. Si tales adhererent opera dei qr operibus create
a deo talem vtilitatem conspicerent ut eorum agnoscerent
creatorem. qr sol de quo magis videtur propter lumen claritatem
tatem non est deus. qr clarior est creator solis cuius clari
tas humanis apprehendi non potest Vos vocatis me magister
et domine qr domino dt aplus de xpo in i ad Corinthios i Xps sit dei
virtus et dei sapiencia. magnitudo est dei virtus omnibus dominatur
Unde ambrosius dt Et dominus est nomen potestatis. magisterium vero est
dei sapiencia omnes instruit. Et ideo discipuli vocabant eum
dominum & magistrum propter ut & nos sequaces illorum in fide
confitemur. & cum sepe confitemur eum esse dominum ore tamen operibus
debitas subici nolumus. et quem vocamus dominum non honoramus
Et vocamus eum magistrum cuius doctrinam contempnimus Unde ma
lach i dt Filius honorificat patrem & servus timet dominum suum
Si ergo pater ego sum vbi est honor meus. et si dominus ego sum
vbi est timor meus Et qr discipuli xpo ipsum fatebantur dominum
& magistrum & patrem corde ore et opere ideo laude dignum
erat Unde sequitur Et bene dicitis Commendat eorum confessionem
Unde sciendum qd augustinus hic reddit commendabile dupliciter. Primo
s; illud qd dicitur convenit rei de qua dicitur quod fit per veritatem
Secundo sic falsum non conveniret ei Unde ad ephesios iiii dt Deponentes
mendacium loquimini veritatem Secundum eius sunt vitanda
dicenda. Secundo igitur ad hoc dicit Bene dicitis & hoc ideo qr
verum est quod dicitis. qr competit in Sum etenim scilicet magister et
dominus. magister propter sapienciam quam doceo verbo & opere. Domi
nus propter potestatem qua condo singula & innata. Ego enim
sum magister sine errore. ego sum magister sine falsitate. ego
magister bonitate ego magister sanitate. Unde me scriptura bene vocat

et male ambulare non possit. Ego enim sum dominus vite
dominus mortis dominus celi dominus terre / creator auctor et dominus
omnium. Ergo sum. Bernh. Secundo reddit commendabilem confessio [illegible] id
quod dicitur conveniat persone dicentis / Aliqui enim sunt qui vocant
xpm magistrum et dominum qui non subiciunt se discipline
et mandato dei, et ideo in eis non competit in veritate istius
talis confessio. Sed xpo apostoli ipsum audiebant ut magistrum
Joh vi dixerunt ad xpm Ad quem ibimus verba vite eterne
habes et ipsum sequebantur. et dominum erat xix Ecce nos reliqui-
mus omnia et secuti sumus te. Sed d. a. cum dominus in pluribus
locis prohibuit iactantiam et propriam laudem. Et Salomon dicit prov
xxvii laudet te alienus et non os tuum / Videtur quod dominus
non bene fecit laudando se. Ad hoc videtur Augustinus super Joh
quod vituperabile est se commendare propter periculum superbie, quia peri-
culosum est sibi ipsi placere. Ubi ergo non timet periculum super-
biendi non est vitium laudare se. Sed xpo autem hoc periculum
non timebat. Ille enim qui super omnia est quantumcumque se laudet
non se extollit excelsus. Secundo ratione aliquid laudabile est
quod hoc se commendet quod cedit ad utilitatem fidelium. Et apostolus
se commendat ii Cor xi. Sed valde est nobis utile et omnino necessarium
ut deum cognoscamus, quia in hoc consistit tota perfectio nostra. Ideo
expedit nobis ut ipse revelet suam magnitudinem. Unde
dicit Augustinus. Si non se laudando indicaret quam arrogantiam vi-
tare voluit nobis sapientiam denegabit. Si ergo ego lavi
pedes vestros dominus et magister. Et eo sum maior. et vos de-
betis alter alterius pedes lavare quamvis estis minores. Dicit hic
et sumitur. Sed ergo quod dicit dominus debetis videtur quod unusquisque habeat
unum preceptum et per consequens transgrediens peccet mortaliter. Respondeo
Augustinus quod oportet lavare pedes alterius vel corporaliter vel
spiritualiter. Et quod xpus fecit non dedignemur facere. Apparemus
quod per corporalem inclinatorem ad pedes fratris vel excitatur
humilitatis affectus vel si iam inerat confirmatur. Quod si non
fiat opere saltem corde facere debemus. Nam lotione autem
pedum datur intelligi ablutio macularum. Tunc enim spiritualiter
lavat pedes fratris cum id quod in te est abluis culpas
eius. Et hoc fit remittendo ei offensam contra te. Ad Colo.
iii Supportantes invicem et donantes vobismetipsis si quis
adversus aliquem habet querelam. Item orando pro peccatis proxi-
mi tum Jac ult. Orate pro invicem ut salvemini. Et quilibet istorum
modorum observandus est communiter omnibus fidelibus. Tertius modus
pertinet ad prelatos qui lavare debent alios remittendo eis
peccata auctoritate clavium Joh xx Accipite spiritum sanctum quorum
remiseritis peccata. Vel per hoc quod dominus inclinat abluere pedes
aliorum ostendit omnia opera nostra pro utilitate proximorum impendenda

Nam

Nam qui dat panem esurienti pedes lavat / Sibi que
eum hospitem recipit et qui nudum operit et cetera. Exemplum
enim dedi vobis ut quemadmodum ego feci ita et vos ita
faciatis. Omnia ea que dominus facit ad imitacionem sed humilitatis
ipsius facere debemus / fecit enim miracula que non possumus
imitari quia non fecit ea in exemplum sed potencie sue indicium
sed opera humilitatis fecit ad imitandum Et ideo dixit discite
discite a me quia mitis sum et humilis corde Sed quia quia dominus
dominus dedit discipulis suis magis exemplum humilitatis quam alicuius contine
ter ergo quia dominus super omnia commendat discipulis suis veritatem
et caritatem Et quia superbia directe obviat huius et ea destruit
et quod inter superbos frequenter sunt iurgia et odia convicia vo
que sic dampnacio ortum habuit a superbia ita salus ab humi
litate / et ideo dominus omnino respexit humilitatem ancille sue
vigintis glose per gratiam volunt reparare mundum Et quod dyabolus
bolus intulit superbia prime matris mundo timorem attulit
Et ideo beatus bernhardus inducens superiores ad humilitatem
sic inquit Non eritis boni filii si non eritis secuti dominum
nec veritates discipuli si dementiatis a doctrina magistri Ani
neat enim dominum magistri putas ne te
gaudeat si teneat / si non tamen iam non est discipulus eius / Et me
libus esse non teneri ut esset custos peccatorum quam platius
subditorum // Lucas Contencio est autem contencio inter eos quis
eorum videtur esse maior Sed que sunt contencionis huius
occasio dicit Beda Et ergo audierant ipsum velle ab eis
migrare per mortem ideo voluerunt aliquem eligere loco
ipsi gentem eius vitam quererent ut principalem sequerentur
videbatur derelictus a deo nullum refrigerium vel iuvamen
recipiens ab eo derelictum ergo se clamat quia licet multi
multa propter deum passi sunt. omnibus tamen deus aliquam consolationem
et refrigerium ministrat. xpm vero totaliter dolori subiece
rat ut doleret quantum dolere poterat. Non non est intel
ligendum quod divinitas humanitatem deseruit vel ab ea sepa
ta fuit. deum enim quem induerat inseparabiliter semper
secum habebat quia nunquam desinebat esse deus sine anima quando
ita corpus sine separata anima et tunc anima illa erat deus
et corpus mortuum erat deus. sed quia traditus erat ita ca
lamitatibus quod videbatur a deo derelictus quasi secundum hunc sensum
diceret vel quam tot criminibus et intolerabilibus exposuisti
doloribus et penis ac si me dereliquisses. vehementissimo
enim dolori in carne sua tenerrima tenebatur. ac ama
rissimo dolore pre compassione sue matris et aliorum
anima torquebatur et tamen pro bono meo ipsemet voluit
hec tristitia et sic sustinebat ut nos aliquod exemplo
suo totaliter pateamur. ac si a deo derelicti videamur
sine quo deus vult nos probare vel nosmetipsos volumus
nos etiam aliquas penas inferre ut sic domino nostro con
formemur in pena ut ei possimus conformari in gloria
vel se derelictum a deo predicat quia tunc vere in nullo vide
batur eius passio. De toto enim genere hominum non videbatur
aliquis ad credendum nisi latro qui fere solus in eum crede
bat excepta beata virgine que tunc eam credidisse
non ambigitur in huiusmodi ipsa semper excipitur. O dulcis
mea quanto dolore tenebaris quando filium tuum sic clamantem
tem audiebas. Et attende quod in isto clamore nondum ad
huc erant tenebre. Et ideo quod de tenebris est dictum est per
anticipationem accipiendum. Sicut verba que xpus fuit magne

acerbitatis quod clamando ostendit magnitudinem sui doloris
qui tantus fuit quod propter eius acerbitatem se clamat a patre
derelictum et in acerbitate passionis omni solacio destitutum
Sexta quidem acerbitas passionis ex hoc apparet quod ipse paci-
ebatur exterius in toto corpore et in omni parte sensuum et
ex omni genere tormentorum interius vero ex maxima compas-
sione quia omnes Christi corporales dolores in seipsam per maximam
cordis compassionem plenissime transformabat et ex di-
scipulorum lapsu et ex casu quia omnes tunc a fide exciderunt
Nono ex profusione sanguinis tam multiplicata deperditione
quod consideravit quod precium sue redemptionis in tot hominibus ingratis
annichilari debuit. Hoc enim secundum Bernardum maiorem dolorem
ei intulit quam omnes pene quas extrinsecus pertulit Unde bis
ingeminat Deus meus Ut ex hoc ostendatur immensitas sui
doloris tam in carne quam in anima quantum ad cunctos dolores
corpori affixos, quod in superioribus viribus anime fruebatur perfecte
licet in inferioribus torqueretur acerbissime Clamat eciam voce
magna primo inclamando quod fuerat tante mortis et mise-
rie causa, quod secundum Bernardum scelerum suscepit naturam hominis
plorat miseriam. Et vult dumtaxat suam affectum ad sui ex-
citaret compassionem Secundo clamavit quod homo rationabilis debet
moveri ad compaciendum Christo Explicita ratione quomodo ex mo-
tu creature insensibilis que tota Christo morienti compassa fuit
Tercio ex conditione sue ipsius nature Habuit enim tot membra pro-
dit corpori humano quot sunt dies in anno ut dicunt phisici
ad designandum quod non sit dies vel momentum in quo ho-
beneficium redemptionis affectuose et cum gratiarum actione non
debeat recordari Quarto ex divine vocis inspiratione quod ipse
sponsus amaritudine sue passionis iubet sine intervallo
ipsam in nostris mentibus dicens Pone me ut signaculum super
cor tuum Cui voci anima devota obtemperans respondet
Fasciculus mirre dilectus meus inter ubera mea com-
morabitur De hoc clamore affatur dicit primus verba secundum
Augustinum in Simone Bathagetis et solliciti pro nobis in
tribulatione posuit verba sua ista verba quidem teneritudine
et merore verba Maria qui devote consideraret ex quam anxio
gemitu ex quam alto singultu ex quam profundo luctu
ex quam amaro planctu hec vox in cruce prorupit ab hora domini
Iesu nostri Et si habes pectus ferreum quod molliatur compunctione
si siliceum quod scindatur compassione si ligneum quod frangatur
condilectione si ereum quod liquescat contemplatione Nota
in hoc verbo duplex natura in una persona Christi clamavit
ad duas personas in una essencia dei et ideo geminatur

Nota

1

2

3

Nota

sub una essentia persona sub eodem actu ubi deus deus meus
deus deus meus ut quid dereliquisti me Clamabat enim christus
affectu rationalis non propter zelum ardentissime compassionis
clamabat affectu spiritualis iactus propter zelum acutissime pas
sionis Clamat affectu rationali deus deus meus cur me de
reliquisti me in tanto mentis suspirio et merore quod non
delinques clamantes ad te Clamat affectu spirituali deus
deus meus cur me dereliquisti me in tanto carnis supplicio et
dolore qui non delinques presumentes de te Magna enim
patiebatur exterius amaritudine sed longe plus cruciabatur
interius propter nimiam magnitudinem Unde hugo induxit
eum mente sic loquentem // Cerne homo quid pro te patior per
de penas quibus afficior / Vide clavos quibus confodior
Et cum sit tantus dolor exterior interior tamen planctus est tam maior
magnitudinem quando te experior / Per hoc nobis exemplum docemus ad deum
in necessitatibus clamare et in periculis ad orationem recurrere Unde
et hugo insuper addidisti deus meus cur me dereliquisti me
ut videres effectum orationis que sic accipienda est con
iacula temptationis in tempore tribulationis. Oraverat siquidem
dominus in toto orto / orat et in patibulo quia tenetur oratio
est subsidium in periculo Ostende igitur anima mea terrenum
et castrum orationis Oratio etenim est unguentum egrotorum
statum infirmorum, adiutorium tutum superiore Et hic ergo
articulo derelictionis christi a deo habetur doctrina quod in nostris tri
bulationibus debemus ad deum recurrere et ei desolacionem nostram
conquesti orando ut ipse tribulationem nostram dignetur respi
cere sicut christus qui in angustia tribulationis positus cla
mabat ad deum patrem dicens deus meus deus meus cur me
dereliquisti me Ergo secundum glosam non solum fuit verbum questio
nis sed et orationis / Sine quid oro hic subintelligitur sed
in psalmo illo ex quo christus hoc assumpsit exprimitur ubi dicitur
deus deus meus respice in me quare dereliquisti ubi hoc quod
dicitur respice in me est oratio et non est in hebreo sed additum
a septuaginta interpretibus magis sensum quam verba sequenti
bus Ergo vero sequitur Enarrare me dereliquisti est conquestio / unde hic
verbo christi fuit oratio implicata sed conquestio explicata de qua
oratione habetur locus ampliter dicitur de christo Qui in diebus carnis
sue preces cum clamore valido et lacrimis offerens exau
ditus est pro sua reverentia Igitur et nos conquerentes deo tribula
tionem nostram semper subintendamus orationem ut ipse in nos re
spiciat et adiuvat Exprimit ergo hic dominus formam temptati
et tribulati qui dum est in tribulatione putat se quasi de
relictum a deo cum tamen propior sit deus homini in tribulatione posi
to iuxta id psalmi Cum ipso sum in tribulatione Dereliquit

quippe dñs amicos suos dum tribulacõibz eos exponit
ad tpus vt misericorditer metiuntur / delinq̄ .i. admod delin
quentis se hz qr protectõm sua subtrahit Sic eñ deus
penitẽ e admod penitentis se habet ut q̄ sic aliq̄ñ dñi
delinque e admod delinquẽtis se habet Ad conforma
dum se huic articlo mediteł hō qm̄ tribulacõibz penis expo
situs fuerat xpus qm̄ sic clamat ad prem et recolligat
oms passiones et tribulacões et conmittat eas deo patri
in memone passionum xpi clamans in toto corde sic ad
xpo vba hec deus deus meus respice in me quare me de
reliquisti / Nec miret vel deficiat si tribulacõ pmittitur
qr sic suo capiti conformat Domine ihũ xpe qui pen
dens in cruce preces ad prem cum clamore valido et lac
rimis obtulisti / da m̄ in omni tribulacõne et angustia
mea ad te clamare . ne tue me pacare velud delictum
a tua miã repbari sz exaudias de celo vocem meam
et sucurras in tribulacõne puentum ut saciens me tua miã
saluatum possim in eternum gloriam et laude tua dicens voce
mea ad dum clamaui voce mea ad dum deprecatus sum
et intendit m̄ Quidam aut illic stantes et audientes
hoc verbum domini dicebat helias vocat iste / hysim rẽo
hic verbum domini dicebat putat qui erat
Romani milites ypm custodientes fuisse putat qui erat
gentiles nõ intelligentes hebreum et putantes ppt sonum
et quadam affinitate vocabuli sonare et helia vocari
Vel fuit iudei dum imbecillitate infamantes qr helie
deprecaret auxilium reputantes eum minorem fuisse helia
vel forte ipi iudei potuerunt hic dice nõ bn̄ intellige
tes quid dicet ppt tumultum et obstrepitum circuquaqz
Postea sciens iesus qr omia consũmata sunt ut consũmaret
scriptura dixit sicio clamat pro aufenda siti corporea et
istud erat quintum vbum in quo sciens iesus omia cõsũmata
que lex et prophete pdixerat de eo et que erat scripta de xpo
passiuro et que oportebat fieri antequam acciperet acetum et tradet
spm vt hic etiam cõsũmaret qd scriptura pdicta restabat et cõ
sumandum erat sz in siti mea potenerunt me aceto dixit dico
ac si dicet hoc solum ex scriptura implens restat pficite qd pre
dixit vnde dr̃ vt cõsũmaret scriptura hic vt nõ ponitur
causative sz consecutive Non enim xpus ideo hic fecit qr scrip
tura hic pdixerat Nam tunc pfecret qr nouum testamentum ppter
vetus et eius cõpleconem esset cum tñ econuerso sit / sz ideo
pdictum est qr p xpm cõsũmandum erat / et hic enim facto imple
ta e scriptura prophe Et sic in aliis suo mõ intellige Dixit
ergo sicio .s. hominum salute qr hanc desiderio cordiali sitiuit
vnde sitim siciens .i. desiderans vt nos sitiremus fonte viui

Sicio

Et hec quatuor verba sunt maxime consolatoria omnium totius
ecclesie fidelium quod dixit sitio salutem humanam feruentissimo
desiderio Nam hic eum ostendit eius ardens desiderium de sa
lute generis humani qui vult omnes homines saluos fieri
Nam vehementer exprimens consueuimus per sitim unde dicit psalmista Si
tiuit anima mea ad deum fontem viuum Unde et Bernhardus dixit
in cruce pendens sitio scilicet ad te pater ut iram quam contra peccatores
habes eis dimittas et oculos gratie quos transgressores hodie
eis appellas sitio ad te mater ut te volentem lamentem non af
fligas sitio ut pro peccatoribus exores sitio ad vos apostolos ut
cito ad fidem redeatis Ad vos in limbo ut hodie lucem
optabilem diu optatam videatis Ad vos peccatores ut a
peccatis desistatis Et iterum sitio ait christus non doleo / o domine
quid sitis fidem vestram / salutem vestram / gaudium vestrum / plus
animarum vestrarum quam corporis mei cruciatus me tenet / sed et si non
mei salutem vestram misereamini Et iterum o bone iesu coronam spi
neam sustines de tua capite / et vulneribus tuis totus / et pro
sola siti clamas dicens sitio Quid ergo sitis Certe solam
redemptionem hominis et gaudium humane salutis Per hoc commo
nitum docemur salutem nostram desiderare et vitam eternam appe
tere Unde Augustinus Adiecisti etiam domine ihesu christe sitio / quid er
go sitis vinum de vite aut aquam de flumine / sitis tua
salus mea / cibus tuus redemptio mea / Siti ergo anima mea
et desidera sicut desiderat ceruus ad fontes aquarum illum
videlicet qui sitiunt te / nonne tedet te anima mea intemperies aeris
molestia carnis et cordis pugna cum [illegible] varietas / forme
mutatio et incertitudo / temporis expectatio et timor mortis
Cur igitur non cupis dissolui et esse cum christo / cur te retardat
vita mortalis / et non prouocat vita vitalis / beatitudo fontalis
societas et leticia spiritualis / Desidera igitur et considera quam
magna multitudo dulcedinis tue quam gloriosa dicta sunt de ci
uitate dei / ubi est lumen vite fons totius dulcedinis / et beati
tudo utriusque hominis hec Augustinus Unde hic verbo domini sunt com
passio matris mee et sororum eius et iohannis / et maria
exultatio illis pessimis Nam licet expositio possit quia a
nimarum sitiebat salutem / tamen ad literam estimandum est quod in veritate
multum sitiebat quia propter nimium laborem et sanguinis ema
nationem totus desiccatus intus et arefactus et adustus erat
et propter hoc sitiebat supermodum et talis sitis est maximum tor
mentum / Et tunc illi maligni cogitare non possent in quo
amplius ei nocerent / acceperunt cum grandi malitiam et dede
runt ei in spongia que propter porositatem multum de aceto in
bibit / arundini imposita ut sursum ad os pertingeret ac
ysopo circumposita et colligata ut per ysopum herbam amaram
de spongia sugeret acetum seu vinum acetosum cum felle mixtum

Bernh

Augt

mirratum quale erat sibi prius quam crucem ascenderet propina
uerant. Hic ergo bis potatus fuit et ante crucifixionem et in cru
cifixione. Et est racio potacionis et racio geminacionis huius
Dicunt enim quidam cruciferos cicius mori si aceto potentur. et ideo
potatus est iste et non alii ut cicius moreretur et hoc uel instinc
tu iudeorum qui optabant maxime mortem christi uel ex
tedio militum ut cicius a custodia eius absoluerentur quia tede
bat eos ibi morari. Competit ad misterium geminata po
tacio propter geminam personam que peccauerat gustato ligno
vetito ex qua dampnata erat genus humanum propagatum. Cum hec
erat potu amaro amaritudinem sue peruerse voluntatis
ondere quod quanti potuerunt tantum ei nocuerunt de quorum ma
licia sic dicit Crisostomus Tu autem in temeritate eorum qui as
sistebant cogita. Et si decem milia habueris inimicos et si
insanabilia passi fuimus videntes eos mitius reflectimur
hii vero nec in hiis que videbant sitim sine mansueti [illegible] se
uiebant magis et [illegible] tamen incedebant et spongiam afferentes
aceti ita putabant hec Crisostomus. Rabanus super Remigius ipsum iudei crucis
acetum designantes a vino prauitate et prophetarum dacetum
.i. in malicia et crudelitate habentes fraudulenta corda sicut
spongiam cauernosis atque tortuosis latibulis. Hec hec ad signat
fel cum aceto sibi porrexerunt ut in omnibus sensibus ipsum ama
ritudine ipsum replerent. Nam enim velatus fuerat oculis con
tigit percussi [illegible] visionem iam maxillas pugnis attrie
rant [illegible] pomum percussi masticacionem iam collum eius alapis
ceciderunt [illegible] tibi percussi traieccionem. Solum restabat os et
nares affligere. et ideo nares christi affligebat tam cada
uerum fetore quam aceti odore. os vero affligebat fellis
amaritudine ac ipse acetum quando accepit non ut biberet
sed gustat ut scriptura, uel quod scriptum erat impleret. Et quod heli
heli clamauerat. tercium potum ei dati dicebat Sinite .i. ex
pecta uideamus per experimentum. an veniat helias [illegible]
[illegible] vero [illegible] domini male intellexerat. non enim
helie sed deo loquebatur ideo frustra et inaniter aduentum he
lie expectabat. Ecce qualis cena dabatur domino nostro
hora erat iam cenandi sed post labore et dolore non percepit
aliud pro cena nisi potum et filii dyaboli dederunt ei pro
cibo fel. et pro potu acetum. Et nos miseri quid facimus
qui aliter cenare et aliter potare volumus et delicias que
rimus. Certe si mille annis homo uiueret et quottidie in
pane et aqua ieiunaret uix una cena illa sufficeret com
pensare non posset. Conuiuium quamuis post sepe capiat quam dulcis
est hic sermo pro carnalibus et ideo non sapiunt non sentiunt
eum saporem que dei sunt et consolaciones inhias amittunt

Cris

Remig

Quia si acetum domino propinatum ad mentem reducerent dabo
et potu quantitatibusque vilis sapore dicemret ... Non
est cibus adeo aridus qui non efficiatur sapidus si illius
aceti quod domino propinatum est condimento fuerit temperatus. Ergo
ubi ex defectu salis vel alia ex causa fuerit tibi insipidus
non apponas ibi sal vel condimentum aliquod / sed propter Christum
felle et aceto potatum sensualitati resistas cogitans quod pro
peccatis tuis in pane et aqua abstinere debes et quod multi
pauperes sibi ista reputarent ad delicias et tunc videbis
tibi magna gratia aliquid accessisse ad huiusmodi. Ex hac aceti
potacione aceti tunc ... docita communiter accipiendo ita
mistice in bono sensu sicut iudei et milites illa fecerunt
mala intencione que in misterium boni nobis importat.
Et sicut hec docent. Hic quod et nos vinum devocionis admix-
tum mirra mortificacionis carnis et felle amare compunc-
tionis Christo propinare debemus. Tale enim vinum mirratum
et fellitum Christus a nobis sitit et oblatum libenter gustat
sed non vult bibere et in se trahere quia ipse bonorum nostrorum
non indiget. Quid enim Christo de nostra devocione mortifi-
catione et compunctione accrescit sed talia ab eo gratanter
gustata nobis relinquit quibus illa in omnia cooperantur in
bonum ymo et amara fuit nobis dulcia merito sue pas-
sionis. Aliud documentum est accipiendo istud in malo sensu
quod nos caveamus ne vinum mirratum vel fellitum Christo bi-
bendo offeramus / quia sicut tunc iudei ita etiam hodie mali
christiani dant deo bibere acetum potum et Christo sicienti sa-
lute acetum offerunt acritudinem peccatorum. Quidam enim
nunc acetum sed male vivunt hii Christo dant bibere vinum cum
mirra et felle mixtum quia vinum christiane professionis vel
devocionis miscent cum mirra et felle scandalosa scanda-
lisant etiam. Quales sunt pape et mali prelati sacerdotes
et monachi et alie persone religionis et statum prestendentes
qui specialiter se ad cultum dei devoverunt. Qui preterea
christiani vinum devocionis quod deum et homines letificat
deo offerre deberent hii per sua scandalosa opera seu con-
versacionem vinum suum mirre et felle malorum exemplo
cum miscent et hoc ita offerunt. Quibus exprobrat dominus dicens
Vinea mea electa ego te plantavi quomodo conversa es in ama-
ritudinem. Alii sunt qui acetum in spongia cum calamo do-
mino offerunt qui hereticos et a veritate alienas sentencias
et sophismata applicant Christo quasi eos dicentes / quales sunt
qui singulares sensus a communi ecclesie doctrina hereticos ex-
sophisticata trahentes ... et sic in errores homines mit-
tunt hii enim spongiam aceto implentes calamo scripture
imponunt et ori eius offerunt et talis potus est Christo insipidus

Et cum gustasset noluit bibere. Ex quo etiam nobis datur doctrina quod sicut xpistus non dedignatus fuit pro nobis acetum gustare sed non bibit / sic et nos suo exemplo discamus peruersos acidos homines tam scandalisosos quam superstitiosos in doctrinis gustare quidem i· pati et tolerare / sed nequaquam bibere / et eorum vitam et exempla nobis incorporare quemadmodum dominus noster acetum non bibit quia tales in corpus eius tria non pertinent. Item est doctrina pro religiosis et penitentibus quod si quando eis apponuntur cibus vel potus penitencialis et minus sapidus recogitet xpistum felle et aceto potatum pro nobis ad conformandum se huic articulo recogitet homo quanto desiderio saluator noster salutem nostram sitiuit / pro quo etiam acetum cum mirra et felle recipere non dedignatus fuit · ideo ostendens quod nos salutem que est vita eterna consequi non valemus nisi prius amaritudines vite presentis gustemus. Jesu qui nostram salutem siciens aceto et vino mirrato cum felle potare voluisti / salua me tua infinita gracia in mundo saluatorum et da michi verba vite sitire te fontem vite et aque viue corde diligendo ore laudando et predicando et amore ad te habitum operibus ostendendo / fac me vinum deuocionis cum mirra mortificacionis carnis ac felle penitencialis compunctionis tibi digne offerre et da michi acerbitatem calicis tui non horrere sed cum gaudio amplecti et bibere ad salutem et pro amore tuo ut mee sicienti amara dulcia videantur. Et cum gustasset noluit bibere. Ymmo gustat xpistus omnes passiones in omnibus suis sensibus sed non absorbuit quando de longitudine sequentibus posterius. Et ymmo gustat mortem acritudinem tamen non absoluet quia passiones plures et mors diuino decreto erat relinquenda hominibus cum quibus humana natura temptaret ad primum. Et supplicium ciuitatis et angeli timore quod ante primo non steterat / si enim ex morte xpisti natura humana fuisset facta impassibilis et immortalis homo amplius superbisset que manens passibilis tamen superbiunt contra diuina mandata contempnere et adhuc contempnunt / Item contra fides habere multum quia alius propter immortalitatem xpistianorum alii credidissent eiusdem plus quam ex amore superiorum. Item gustat et noluit bibere ne videretur approbare maledicta sedicionum et seuiciam iudeorum ne eos a pena si penitere vellent excluderet. Cum vero si alius mala patere et cum acerba res gustum tuo apposita fuit et discrecionem cognoscere / vino enim in vetere i· in malam voluntate et memoriam habere / Et de peccatis et operum in cista mea sed et singula super eos versum. Item dominus acceptat sicientem istam quando in maledicunt

pascha cu discipulis suis eis corpus suu dando in esca
dicte ista veritate xpo de quo l. cho ro vnus panis et vn
corpus multi sumus etc. In hanc escam puiut scl omnes
seductores ecclie tanq illi persecutores xpi / Unus enim
peccauerunt iudei crucifigentes in tra ambulatem q̄ qui
contempnunt in celo sedentem h ie Sicut faciunt qui escam
corporis xpi sumunt facientes ad tpe breue fictum
pacem cu xpo sic pacca inimicus plurima rancore aciti
tudinem ps Qui loquuntur pacem cu proximo suo ma
la aut in cordibus ipsorum Sicut de vsurariis Consumatum
est heb xii Aspice in au et consumat iesum Dixit discipulis
suis lu xviii Consumabuntur oia que dicta sunt de filio hominis
heb z. decebat eu ppt que oia et p passionem consumatam com
pleta e conta xpm scdm placitum sui pris Consummatum e primo
impium ioha // Opus consumauit Consummatum e filiale obse
quium Consummatum humane salutis misterium Consummatum e creatore
prim desiderium Creator omnia oia opa sua sexto die co
sumauit et septimo quieuit figura erat huius consumacionis
et subsequentis in sepulcro quietonis In hoc vero consumatum
est nouum regnum pcti destructo Sz in hoc pr in magno
tuas omedo et notat ianue aperto pc omnis consumacionis
vidi finem Ibi consumata e iudeorum seuicia qui dixerunt San
guis eius sup nos Tren z Saturati sunt penis meis Item
xpo pena qz hic dixit aceto accepto / Et cu in alijs membris
iam pateretur pter lingwam etiaz in ipsa passus est
Nam et adam peccauerat in gula / et ideo dns punitus
est in lingwa / Et sic pimi parentes in membris genitalibus
pmo senserunt conditonem Ita xpus in circumsisione pmo
in illo exsoluit penaz Pena autem eius hic consumata fuit
in cruce in corpe p iudeos ps Sup dolorem vulne meo ad
diderunt In ignominia ex pnitia sathum In corde ex pro
ca matris mestissime Erant ibi iudei irridentes / latro
et milites blasphemantes matr et amici flentes Item
consumata e sententia hebr 7 Consumatus factus e omnibus
obtp. sibi ca salute Item consumata omnia scripta sunt 18 cet 6m
exa. xx3 Consumato sermonum ipse est / Et hic erat sextum xpi
verbum sextum magne pfectonis fuit cu dixit Consumatum
est p hc significat q omnia consumauit que pro salute hu
mana pati et agere oportebat / Et exemplauit Naz
sic bonus medicus pmo infirmo dietam taxat / 2o sudore
prouocat / 3o si pdicta no sufficiunt indicat minutionem
pro humorum correctione / 4to ministrat pocoz pro male
rie euacuacione Sic xpus vt nos a morbo pti sanaret

pro nob pmo xl^a diebus ieiunauit / scdo sudore san
guineu pro nob exalat / 3o p totu corpus minucoz
celebrat qui pro nob totu sanguinem suu habundatissie
sine nuo et mensura fudit / sic q corpus suu in cruce pen
dens tanqm tremulu exaruit / Quarto et ultimo p
dictus antidote no gtetus pocom amarissimam suscepit
qui pro nra egritudine sugenda felle et aceto se po
tari pmisit Et ideo venabilit dixit Consuatu e vni
ens ⁊ ht q omnia gpleuat que pro nra salute sien
da erant Per ht vbu sextu docem pmaz inchoata
gsumare et vitam nram sine debito finiare Vn augs
dixisti etia due consuatu est Consuata etem erant va
ticinia pphetaru figure hostiaru acerbitas et duritas
penaru emedato culparu pfecte qui potie dice gsua
tu est ad ihu qui e alpha et o Et sermonu gsua
tu est non inchoatone s3 in gsuatone / no datur
co no est pmu inchoacione s3 finientib3 / et cona no acentib3
denaria inapientib3 s3 finientib3 Inchoa go pmaz et co
s3 finientib3 siue puementib3 Inchoa go pmaz et co
sima ut ad celum sic xpus sic latro trait ad pmaz no
descendens de cruce / et salute cosequeris pseuerantia h augs
Haens q consumare id e q simil suare Vn tunc ali
consuatur qn omnia singillatu facta ul passa sic stiant
i in suma recolligunt Sic fuit in pposito sna post xpus
omnes penas passionis sue sigillatim ptulit et in cam
plus tota morte patiens restaret tunc demu omnia ppessa
rememorans recolligit ea sic in vna suma et obtu
lit ea deo pri dicens consuatu e q.d. Consuatu e opus omne
qua assumpsi / consuatu e opus tocius passionis mee qd tibi
deo pri offero pro salute gnis huani Vn aplus Consu
matus factus est omnib3 obtpantib3 sibi causa salutis eterne
Et aduerte q hec consuato no fuit sine notabili pena
sic qui sustinent multa pericla ul gtinua supplicia no sine
magno horrore pt recogitare ea licet ex alia parte gau
deat ea in ptitu sustinuisse Talem dolore horrore doloro
sum no dubiu qn xpus huit in consumado omnia ppessa
Nec mirum qr talis gsuato actualit gtinebat in se omnes
partes passionis quas sic in suma glossitabat cu dicebat
Consumatu est Quod vbu magne efficacie esse in piculo
phibetur ab experto Ex ht articulo gsumaconis tocius pas
sionis hetur doctum q nos in fine tuli3 boni opis ptes
habentes debemus facere suma ul epilogu / et sic in suma
illud offerre deo Verbia Si quis pro deo vadat Romaz
puenge ad tm omes passus et omnia vestigia sua of
ferat deo et bto petro dicens Consuatu est Item si quis

No^a

No^a

legat psalterium in fine omnes sermones versus et verba
totius psalterii consumma offerat deo et sic de singulis. Ista eadem
facimus in officio ecclesiastico quod semper in fine ad collectam concludi-
tur que et ideo collecta dicitur quia in illa oracione totius sensus illius
officii quasi in summa est collecta. Eodem modo hec verbum consummatum
esse fuit collectum totius passionis Christi circa mortem. Ad con-
formandum se huic articulo recolligat homo breviter in summa
omnes articulos passionis plicatos et agat pro eis gracias
Christo et deo patri dicens consummatum est vel alias prout devocio
ministrabit. Ihesu salvator noster et consummator gloriosi operis
quod accepisti a patre consummandum qui incepisti opus tuum
cum multis laboribus consumasti cum maximis doloribus et tandem
consummatorum totius passionis tue in summa deo patri obtu-
listi dicens consummatum est. Benedictum sit ex hoc nomen tuum domine
sanctum quia ad hoc consumasti ut nos simus in bono consummati
et immunitas meum omnes consumpti. Rogo te da michi mandata
tua perficere et in tuis virtutibus proficere ac omnia per me
te operante sint acta et passa ad tuam laudem consummare
et consummata tibi et per te deo patri offerre ut in hora mortis
possim dicere tecum domine consumavi et confecta opus quod dedisti
michi ut facerem et nunc venio ad te magistrum meum et do-
minum Ihesum Christum. Et tunc meam vide facie ad faciem
te omnis consummacionis finem. Et clamans voce magna
paulus dicit hebreos 5. Cum clamore valido adiecit lacri-
mas. Clamavit primo propter insinuandam humane na-
turam. 2o propter ostendendam sui doloris magnitudinem
3o propter monstrandam deitatem et humanitatem unionem. et sic as-
sistentes in fide informaret. Alii enim in hora mortis
propter debilitatem spiritum clamare non possunt quia ex virtutem mo-
riuntur. Sed Christus spontanea voluntate. Item propter astancium
provocacionem ad penitenciam et compassionem. Unde sicut in cruce a-
scendit ut eminencius videretur alta voce clamat ut
nullus excusaretur. clamori lacrimas addidit ut homo compa-
teretur. Rabanus Noster factus advocatus eorum deplorat mi-
seriam quorum suscepit miseriam in quo ondit quantum flere
debeant qui peccant. Cum sic flet qui numquam peccavit.
Pater in manus tuas commendo spiritum meum. In quo do-
cuit nos ut in mortis articulo animas nostras deo commendemus
eo quod tunc valde necesse est propter hostem maiorem importunitatem
et corporis debilitatem. Quod tunc magis aggravat animam.
Recommendat se Christus devote quia voce magna distincte
quia patrem se filium eius ostendens. Tute quia in manus tuas
id est in potestatem tuam. Et inclinato capite primum peccatum
erecta cervice commissum est contraversa vita moritur
capite inclinato. 2o capud inclinat mundo vale faci-
ens ab eo turpiter decenatus. 3o tercio primo nomine

reuerent se humilians certo reuerenciam vltime benedic
tionis astanti matri virginem exhibens / Certo in signum re
conciliationis amicicie peccatoribus osculum pacis offerens / Emisit
spiritum Johannes tradidit spiritum lucas expirat Augustinus omnia
sonat in diuine potestatis indicium emisit tradidit expirauit
quod voluit Johannes x^o potestatem habeo / Thomas In emissione
notatur reconciliacio nostra ad patrem / sicut enim emissa est
columba de archa corporis cristi que retulit ramum virentem
oliue id est nostram reconciliationem ad patrem / Nota reconciliati
sumus deo per mortem / In expiracione notatur animam de
presso / cristo enim expirante potestas diaboli expirauit / In tra
dicione notatur peccatorum solucio / sicut enim spiritum tradidit tamquam
pretium omnium etiam hic bello mirabili in quo triumphat
mortuus et spolia reportat occisus / hora nona expi
rat / eadem enim hora anima cristi exiuit qua adam de paradiso
ut sufficeret ianuam paradisi iam reseratam que usque tunc clau
sa fuerat / Emisit spiritum non aliquis extorsit / Quod designat
spiritum eius non dolore emissum sed beneplacito voluntatis / Johannes
x^o potestatem habeo ponendi animam meam in mortem / et potestatem
habeo iterum sumendi eam in vitam / Unde ysa 53 Si posuerit animam
pro peccato videbit semen longeuum / Et sequitur pro eo quod tra
didit in mortem animam suam / Sed ab aliis extorquetur / Unde lu
ce Stulte hac nocte repetent animam tuam / Sed non habet potestatem
resurgendi sicut nec animam ponendi certum / Capitulo 16 / Cum exierit
spiritus non reuertetur nec reuocabit animam que recepta est /
Et istud erat verbum septimum quod cum clamore valido et la
crimis dixit pater in manus tuas et in potestate tua commendo
spiritum meum / per quod voluit nos declarare quod statim anime
vetus in manus dei ascendit / non prius omnium anime ab inicio
rerum tenebantur donec veniret qui captiuos redemptionem pre
dicauit / Unde Cirillus / hec autem vox edocet quod anime sanctorum
non demceps in inferno clauduntur ut prius sed apud deum
sunt huius rei facto cristo principio / Unde et athanasius commen
dat enim patri per se vniuersos mortales in se viuificatos
Nam sumus membra eius secundum id apostoli vnus omnes sumus estis
in cristo / Primus ergo dominus clamauit hely hely / et modo clamat
pater in manus tuas / Unde dicit quidam sicut Jeronimus quod ab illo
versu deus deus meus respice in me vsque ad istum versum
In manus tuas / ubi sunt per decem et versus centum quinquaginta
cristus dixit ipsos omnes primum usque et vltimum versum cum clamore
sed intermedios sub silencio / De isto clamore cristi sicut et de su
periori videtur loqui apostolus cum dicit Ebreorum in diebus carnis
sue preces cum clamore valido et lacrimis offerens exau
ditus est pro sua reuerentia et ex hoc videtur quod cristus tamen
in illis verbis hely hely et cum in iste pater in manus

lacrimatus fuit / Alii vero dicunt quod xpus totum psalmum deus
deus meus respice in me Et deinde psalmum In te domine speravi usque
ad versum In manus tuas mitissime decantat / Commendat
dominus ihesus patri spiritum, non quod egeret sed ut nos instrueret
Nonus etiam quod sicut dicitur in glo thom Domino in de passione
dyabolus quo procuratore affixus est advenit querens si quid
peccati in ipso inveniret / Et dicit magister in hystoriis quod stabat
super brachium crucis donec xpus expiravit et tunc videns se
confusum recessit / et veniens ad tartarum invenit ibi animam xpi
portas et seras confringentem et victorum animas inde educen
tem / Et tunc mox remotum est divine visionis impedi
mentum quod figuravit gladius flammeus et versatilis positus
ante paradisum / Decimus quod inter omnes penas passionis xpi
ista pena mortis fuit acerbissima, quia inter omnia terribilia
terribilissimum est mors / Et hec est secundum damascenum propter naturalem colligacionem
ad corpus / Et fuit specialis racio in xpo de tali anima et tali
corpore quia utriusque divinitas unita fuit in unitate suppositi
Unde oportuit quod illa separacio esset maxime penalis / Ex isto
articulo expiracionis seu mortis xpi habentur plura documenta
Primum est quod nos debemus commori xpo moriendo corporaliter mundo et
peccatis si cum xpo in eterna vita vivere voluerimus / Unde apostolus
Si commortui sumus xpo et convivemus Et de talibus idem apostolus
ait Mortui enim estis scilicet mundanis et caducis et vita vestra
abscondita est cum xpo in deo / Secundum est quod xpus in angu
stia mortis alta voce clamans ad patrem et recommendans
ei spiritum suum reliquit nobis exemplum devocionis docens nos
in hoc ipse bonus magister quod nos in articulo temptacionis et speci
aliter in agone mortis potissime facere debeamus / Semper enim
debemus auxilium nostrum in deum ponere et eum invocare
ac spiritus nostros ei commendare quorum corpora quotidie tendunt
ad mortem et pecius ignoramus diem et horam / Et specialiter
in hora et in articulo mortis debemus hoc facere, quia maxime
tunc est instante vi propter hostis importunitatem maiorem, et propter nature
virtutis debilitacionem / Reliquit etiam nobis exemplum perfecte fi
ducie pro patrie defensionis / Per hoc enim quod in manus
patris celestis homo suum spiritum commendat, securum esse debet quod divina
virtute ab incursu malignorum spirituum defensatur / Tercium do
cumentum specialiter pro religiosis qui moriuntur mundo in re
ligionis ingressu est quod ipsi domino spiritum i. voluntatem et sensum
suum tradere in manus spiritualis patris scilicet prelati sic quod amplius
non resumant usque ad diem resurrectionis exemplo xpi qui
spiritum suum quem moriens in manus patris commendaverat
ulterius non nisi in resurrectione sua resumpsit / Commendans enim

spm deo prd exemplu perfcte obme et subiectois
religi qua quilz subditus suo plato spm suu gubna
du et dirigendu comittit. Ven quilz subditus voto obe
dientie superiori affectus humilit lz dicer suo plato pr
in manus tuas dne comendo spm meu Vel q relli
giosi qui nuq deposuerut spm suu vel an ironez
resumunt puta qui sedm voluntatez suu facere et sensu
suu sequi volunt mediates sue et irem puenunt et ideo
ante xpi sunt Quartu docutu est qd valde vtile et sa
lubre est legere illos decem ps quos xpus orat in cruce
Cum nec dubiu qn deuotois effectu legenti eos
conferat salutare Et dr qd specialiter valeat ad expia
tom negligentiarum in horis canonicis negligent dicte
Quintu docutu e qz quntucunq aliqui sunt iusti et sancti
nuq tn se putet esse securos de malo Cu ipse nec
xpm in cruce dimiserit qn eu obseruaret Quid ergo p
sumere potest ho miser et fragil Certe de nullo nisi so
lu de morte xpi Vn augo Tota spes mea e in mor
te domini mei Mors eius est meritu meu et refugiu
meu salus vita et resurrectio mea Non possum tueri mul
titudine pctorum si mors domini in mentez venerit qz
pcta illa vincere no pnt Sextu docutu est qd nos mul
tu tenemur amare xpm qui pro nobis aiam sua posuit et
caput suu ad nos in morte inclinat vt osculum daret
dilectis suis Et nos toties dum osculamur quotiens
in eius amore coniungimur Septimu docutu est qd quilz xpi
anus moriens dz illa quinqz supradicta seruare quintu potest
que xpus moriens seruat Ipse em orat clamat plorat
aiam prd comendat et spm tradidit Sic et nos in extre
mis positi debemus orare clamare saltem corde plorare pro
pctis p veram pniam aiam deo comendare et spm tradere
voluntarie sz moriendo et voluntatez nram diuine voluntati
tradendo Ad conformandu se huic articulo recogitet homo
quanto amore saluator nr mortez ptulit vt nos vi
uificaret et qd conditor morte subijt qui vita omnis
creature tribuit et mortuus e qui mortuos suscitat
Et reuoluat in mente sua docuta pmissa Dicendo Qui
in cruce moriens aiam tuam prd comendasti da mihi in hac
vita tibi spualiter sic comori quatinus tu in hora mortis mee
digneris aiam mea miseram habere comendatam Ego autem
dne in illas manus tuas extensas et pforatas ac et sa
cro sanguine respersas comendo spm et corpus meum et supplico

taritati tue vt in nouissima possim ad meoria degg
fide pua et spe firma aia meam in manus tuas mise
ricordissimas comendare quas pro me saluado expa
disti in cruce et audire mear verbum illud dulcissimum
hodie meum eris in paradiso Hic sunt quoque dubitationes   dna
Prima vtrum iesus xpus fuit in passione derelictus Sa vtrum
dolor que in morte ihus xpus habuit fuit maior omnibus
doloribus 3a vtrum dolor ille retardauit gaudium fru
itionis aie 4ta vtrum spus que ihus emisit fuit diui
nitas apud vel aia eius Quo prima e dicendum q iesum
xpm fuisse a deo derelictum pt habere intellectum falsum
et verum Prima q iesus xpus sit derelictus q diuinitas ab
eo fuit separata falsus intellectus e vt patebit in illa
qone vero aius intellectus pt esse quadrupr Primo
ac prima vniste qnqz diuina prouidencia pme prim dimit
tit suos fideles aduersitates pati quibus putat se a deo
derelinqui tm in talibus non iuuatur et tunc est sensus q in
ieiunio iesus xpus existens loquitur in psona ecclie et suorum
membrorum vt dicat psal Deus meus vt q dereliquisti
me in meis aduersitatibus et tribulacionibus tua prudencia
subtraxisti Scdo vt talis delictio intelligatur subtractio di
vine clemencie Precauat enim ihc xpc vt si possibile esset
transiret ab eo calix passionis vt non biberet illum loqui
do in psona voluntatis naturalis motum exprimens Et qz di
vina clemencia huiusmodi vocem non audiuit ideo ipse dixit
in psalmo Deus meus clamabo p diem et non exaudies
Et sic dicit se derelictum Tercio talis delictio pt intelligi sub
tractio diuine potencie prima in passione diuinitas sub traxit
suam potenciam et suam diffusionem et ex toto maioribus psem
totum suppositum Quarto talis delictio pt intelligo sub
tractio diuine influencie prima in suis sanctis et martiribus
mitigatus e dolor et influxu diuine consolationis et par
ticipationis superiorum Secundum sm sanctum dam in iesu xpo
sic diuina dispositione ordinatum e vt cuiuslibet potencie
permittebat pati qd suum erat absqz influxu alterius
2 Nō scda e dicendum q dolor ihu xpo passione maior fuit
omnibus doloribus Primo ppter dolore puritatem Quia in aliis
enim sanctis mitigabatur dolor ex diuine consolationis auxi
lio et vere subsidio sic sancto laurencio carbones accensi
torrentes dulces fuerunt Et in iesu xpo sm dam vni
cuique potencie pmissum e agere et pati qd suum erat Scdo

propter locorum patiendi sensibilitatem quia passus est in locis
maxime sensibilibus ut in manibus et pedibus in quibus
propter nervositatem maximus dolor percipitur, et propter pondus
quia totum corpus in eis affixis ligno sustentabatur et continue
dolor augebatur. Quarto propter complexionis nobilitatem sicut enim
opera miraculose iesu sunt optima puta vinum ex aqua fac-
tum optimum fuit sic corpus christi ihesu miraculose conceptum op-
time complexionatum fuit ac per hoc dolore magis perceptivum.
Quinto propter mortis et pene vilitatem quia in penis illusionum
et irrisionum et in morte turpissimum genus mortis dominus
sustinuit. Sexto propter amicorum puta apostolorum infidelitatem
et iudeorum crudelitatem. Septimo quia plures perire videbat in sua
morte peccatores quorum peccata sua reputabat tanto dolor
eius magis augebatur. Octavo propter culpe universitatem quia
sicut culpa primi hominis pro qua debebat satisfacere communis
talis fuit corpore principium culparum totius humani generis
sic pena satisfactoria habere debuit universaliter quod omnium
communem dolorem in se contineret. Ad tertium dicendum quod anima iesu christi
poterat considerari primo ut naturalis et sensitiva augens
intendens circa temporalia et corporalia et hec conformia. Secundo
ut sensualis et intellectualis cum est intendens circa eterna et spiritualia
alia et expedientia ad consecutionem finis. Primo quo convenit
anime communem dolorem habere et sentire. Secundo quo convenit sibi
gaudere et letari. Dico ergo quod anima iesu christi in passione
verum dolorem sentiebat ut naturalis et sensitiva et summum gau-
dium et letitiam percipiebat ut sensualis et intellectiva, et nec il-
lo verum gaudium impediebat. Septimum dolorem nec e converso
dolor in aliquo retardabat verum gaudium nec quietatem.
Ad quartum dicendum quod spem habebat quia non erat certus eius rei. Ad quintum dicendum quod
ille qui emisit ipse christus in cruce capite inclinato fuit
anima non separata divinitas. Quod triplicite patet primo ex unione
personali divinitatis, secundo ex fidei ecclesie integritate, tertio ex morte
christi utilitate. Primo sic gratia data a deo homini non tollitur
ab eo culpa eius nec gratia adoptionis nec gratia unionis sed
gratia unionis data fuit a deo illi homini ihesu christo qui sic
homo esset dei filius per unionem personalem nec humane nature
divina. Ergo cum ihesus christus fuit sine omni peccato talis gratia
unionis ab eo tolli non poterat. Secundo sic fides integra
ecclesie duo dicit de divinitate ihesu christi de dei filio. Primo
quod sit mortuus et sepultus. Secundo quod descendit ad inferos
et tertia die resurrexit a mortuis. Sed divinitas non fuit sepul-
ta nisi quia corpus christi fuit sepultum nec descendit ad infe-
ros et tertia die resurrexit nisi quia anima eius ad inferos descen-
dit. Ergo nec in morte non fuit divinitas separata ab anima nec a carne

Tercio sic iesus xpus in cruce fuit vere mortuus et in toto
illo triduo non fuit nisi homo mortuus Sed si diuinitas fuisset
separata remanente anima eius in corpore xpus non fuisset vere mor
tuus quia per solam separacionem anime homo dicitur vere mortuus / Similiter
enim diuinitas non sit in me per personalem vnionem si anima mea
febre vel gladio separetur vere ero mortuus ergo xpus quia
iesus xpus in cruce emisit animam eius fuit non diuinitas / et hoc
est bernardus Augustinus super illo verbo potestatem habeo ponendi animam meam
et iterum sumendi eam dicens Quod semel verbum hominem assumpsit
numquam deposuit / sed animam deposuit carnem quando exspirauit / qua
redeunte resurrexit Ideo xpus vere animam deposuit corpus qua
tria verbo dei Queritur quomodo istum deus pater debuit modum
satisfaciendi per passionem xpi pro peccato generis humani accepta
re et arguitur quod sit / debitum mortis nullo modo soluitur melius
quam per mortem Similiter / sed omnes eramus debitores mortis
ergo optime satisfecimus deo per mortem illius qui non erat debitor
mortis / Item nullo modo in rebus ... emendatur peccatum quod
quod commissum est per suauitatem quam per supplicij acerbitatem
ergo peccatum humani generis commissum fuit per gustum et suauita
tem ligni vetiti videtur quod decentissimo modo satisfaciendi
fuit per crucis supplicium Contra tormentum maxime crudelitatis est homines
iustissimum morti exponere Sed xpus erat iustissimus ergo
crudelissimum fuit ex quacumque causa ipsum morti expo
nere ergo talis modus satisfaciendi nullatenus debuit a deo
acceptari Et si tu dicas quod deus pater non exposuit xpm morti
Contra hoc dicit heli heli ut quid dereliquisti me Et illa derelic
tio fuit in morte exposicio Respondeo quod modum istum soluendi
debuit deus pater acceptare quia nobilissimus est inter omnes
qui esse vel excogitari possunt / pono ergo quasdam raciones
Prima Modus satisfaciendi per passionem xpi pro peccato
generis humani fuit deo patri ad placandum acceptabilissimus
probatur quia illud est maxime acceptabile deo quod est maxime
ad honorem ipsius / Sed homo non potest facere maiorem honorem
deo nisi quod seipsum det in mortem pro deo quia non potest magis
dare quam seipsum Et quia xpus qui non est solum homo sed eciam
deus dedit semetipsum in mortem ad honorem dei pro peccato
generis humani ergo etc. Vnde apostolus ad Ephesios 5 Tradidit semetipsum
oblacionem et hostiam deo in odorem suauitatis Et vero
hoc 2a cur deus homo dicit Nichil asperius et difficilius potest homo
pati ad honorem dei sponte et non ex debito quam mortem
Secunda racio Modus satisfaciendi per passionem xpi fuit ad
curandum peccatum generis humani congruentissimus probatur quia curatio
fieri per contrarium sed primus homo peccauit per superbiam inobe
dienciam quia voluit deo assimilari per sciencie sublimitatem
gustare ligni suauitatem et transgredi precepti diuini sub
limitem / ideo modo congruentissimo satisfaciendi fuit

per abiectionem humiliacionem et diuine voluntate impletam
et hec omnia relucent in passione xpi Vnde apostolus ad
philip. 2. humiliauit semetipsum factus obediens vsque ad mor
tem · mortem autem crucis / Tercio quia modus satisfaciendi
pro peccatis fuit ad attendendum genus humanum efficacissimum
quia solum passio xpi illis valet qui per amorem deo
adherent / Sed deus non potuit hominem magis trahere ad
amorem suum quam sustinendo pro eo crucis patibulum quia
illud est maximum beneficium / Propter quod dicitur Joh 12 Ego si exal
tatus fuero a terra omnia traham ad me Et hugo de sancto victore
ait ut ostenderet tibi quantum te diligeret non nisi moriendo a
morte te liberauit ut non tantum pietatis impenderet beneficium verum
eciam caritatis monstraret affectum / Ex premissis patet quod iste modus
satisfaciendi fuit prudentissimus / quia congruenciam et effi
caciam presupponit prudenciam Et ideo dicitur in Job prude
ncia eius percussit superbum Et super isto verbo Job vel Nunquid
poteris capere leviathan dicit Gregorius Venit redemptor
et victus est deceptor / tetendit ille muscipulam crucis suam
posuit ei quam escam sanguinem suum et maxilla leviathan
perforat et hamo crucis cepit / Sed contra melior est vita xpi
quam fuit mors eius quia si mors xpi deo potuit satisfacere pro
nobis multo magis vita eius debuit satisfacere ergo magis
debuit acceptare deus ipsius vitam ad satisfaciendum quam mor
tem Item grauius fuit peccatum occidencium xpm quam fuit peccatum ade
ergo si non potuit fieri satisfaccio pro peccato nisi xpus semel
moreretur videtur quod non debuit seu non potuit pro peccato occide
ncium nisi xpus occideretur Ad primum quod obicitur melior fuit
vita xpi quam mors dicendum quod absque dubio xpm ...tio tamen
seque quod magis debuerat satisfacere per vitam quam per mortem
duplici de causa Primo quia quod satisfaccio debet esse pe
nalis et maxima satisfaccio maxime penalis Secundo quia
maioris perfectionis est velle non ad honorem dei quam velle
viuere et ex maiori caritate procedit et timor nec magis
excedit Ad aliud quod obicitur quod grauius fuit peccatum occidencium
quam peccatum ade dicendum quod sit de hoc / de hoc non est presens questio / Tamen
esto quod grauius fuisset / non oportebat propter hoc fieri xpm pati
Nam vnica passio xpi non solum sufficiebat ad satisfaciendum
pro peccato ade sed eciam pro omnium peccatorum multitudine ad hec
Secundo una oblacione consumavit in semetipsum sanctificatos Sed fuit
enim magis meritum xpi pacientis quam esset ... iude
tradentis Iudei instigantes et gentiles infigentes secundum quod
plus habebat de bonitate quam illi de malicia / Ad racionem
principalem qua dicebatur quod maxime crudelitatis est iniustissimum
tradere morti dicendum est quod deus pater xpm non tradidit
infligendo mortem nec precipiendo aliquibus quod ipsum occiderent
sed permittendo eius voluntatem ipsius ostiniam acceptando

Ideo nulla fuit in deo crudelitas quia non sanguinem xpi
sitiuit sed volu(n)tatem eius operantis acceptauit. Hec est summa respo(n)-
sionis. Vnde Anshelmus in libro Cur deus homo. Non si dicitur
aliquem pater eum tradidisse morti vel voluntate patris passum
fuisse vel aliquid sibi. Modo ita premisso intelligendum est non
quia pater eum coegit inuitum sed quia suscepit voluntarium et deuotum.
Et ecce velum templi scissum est in duas par-
tes a summo vsque deorsum. Et terra mota est et pe-
tre scisse sunt et monumenta aperta sunt et multa
corpora sanctorum qui dormierunt surrexerunt. Et ex-
euntes de monumentis post resurrectionem eius venerunt
in sanctam ciuitatem et apparuerunt multis. Cen-
turio autem et qui cum eo erant custodientes iesum
viso terre motu et hys que fiebant timuerunt
valde dicentes. Vere filius dei erat iste. Erant
autem ibi multe mulieres a longe que secute
erant iesum a Galilea ministrantes ei. Inter quas
erant Maria Magdalena et Maria iacobi et io-
zeph mater et mater filiorum zebedei. Hic ostenditur
veritas persone in natura diuina. Ad probandum introducitur duplex
testimonium. Primo creature irrationalis. Secundo rationalis ibi Et mul-
ta corpora sanctorum. In creatura irrationali ostenditur quadruplex
testimonium. In veli diuisione. In terre motione. In petre
scissione. In monumentorum apertione. Dicat ergo. Et ecce
velum templi quod erat in introitu templi prohibens
aspectum eorum que erant intra templum. Et velum quod erat
intra templum inter sanctum et sancta sanctorum vtrumque scissum esse
de istis velis habetur Exodi 26 secundum Remigium. Scissum est
in duas partes a summo vsque deorsum in signum reuelacio-
nis et intelligencie sacramentorum veteris legis que prius ve-
lata erant. Quod tamen velamen adhuc remanet in iudeis.
Vnde apostolus 2 ad Corinthios 3o Sed vsque in hodiernum diem cum
legitur moyses velamen positum est super cor eorum. Vel quia
in morte xpi ista sacramenta veteris legis haberent finem.
Vnde Glossa. Et velum templi scissum est. Vt archa testamenti
et omnia sacramenta legis que tegebantur appareant dicit
Glossa. Secundum Iozephum autem virtutes angelicas presides quondam
templi tunc pariter clamasse transeamus ab hys sedibus. Orig-
enes autem fuisse vela intelliguntur vnum quod velat sancta sanctorum,
alterum exterius siue tabernaculi siue templi. In passione
ergo domini saluatoris velum quod erat a foris conscissum a sursum
vsque deorsum vt ab inicio mundi vsque ad finem conscisso ve-
lamine misteria publicentur que vsque ad xpi aduentum rationabi-
liter fuerant occultata. Tunc autem veniet quod perfectum est tunc

auferetur etiam secundum velum vt videamus etiam que intus
sunt occultata .i. veram archam testamenti . et sic ipsa se
sed nativitati videamus cherubin et alia Et in civitate Naza
reorum legis superliminare templi et infinite magnitu
dinis fractum esse . auditas quoque voces in aere et virtutes an
gelicas presides quondam templi tunc pariter clamasse transe
amus ab hijs sedibus Vt autem dicit Ieronimus velum scissum
erat preciosissimum de purpura et bysso et cocco et auro et
serico et iacinto contextum quod in diebus celebrioribus suspe
debatur Et sicut duo testamenta quorum gentes per mortem
christi diuisum est in duas partes .i. in sensum spiritualem et litteralem que
antea erant permixta . sed per christum sunt distincta sicut vult Ap
postolus Scindit velum
perit eis sensum vt intelligerent scripturas
templi ut archa testamenti et omnia legis sacramenta que
prius tegebantur appareant Et ad populum gentilem deriuetur
prius enim dicebatur Notus in iudea deus Nunc autem exal
tare super celos deus et super omnem terram gloria tua / Et prius
dictum est apostolis In viam gentium ne abieritis Sed nunc Ite
et docete omnes gentes Et non dicit scissum ab ymo sursum sed a summo
deorsum . quia diuina virtute desuper non humana id actum est ut pos
simus ingredi in interiora velaminis . et sicut clarius patet
hoc omnia que facta sunt ab adam vsque ad christum in preceptis
mbus . in peregrinacionibus et laboribus iustorum mortem
vnigeniti filij dei pro nobis morituri figurabant Et osten
sionem... in hac morte scisso
siones moysi facte cetere quoque prophetie in hac morte scisso
velo reuelantur Sed Beda Vel scissum velum scissum est quod
secreta secretorum aperiebat Ideo ut manifeste ostenderet secreta secretorum i regum
nobis per mortem christi esse reseratum Et terra mota est Ecce omnia
elementa suum dominum auctorem demonstrant . terra mouetur . dum ipsum
pendentem non sustinere fertur Non immerito terra mota est cum terre
factor in carne moritur Vnde dicit etiam Terre motus factus
est magnus quia morte filij dei clamat mundus se sustinere
non posse Tremuit ergo terra moriente christo vt in commune
orbe terrarum sentiretur seuiciam mortis eius et vt corda hominum
tremerent quia pro vita hominum auctor vite morte crudelissima
erat occisus Tremuit insuper insolitas paciens acciones
suo tremore transformans omnium fidelium mentes vt credant
et contremiscant quia iustus pro iniustis pius pro impijs
Et petre scisse sunt Ex ymo operacionum passio ac clamacio est
rerum insensibilium quod auctor vite iniuste dampnatur clamant
enim iudei alijs vocabulis christi mortem Nunc vero petre per scissu
ras velud ex per aperta labia contra illos clamant / Et quia
homines in hac iniusticia pro veritate tacent saxa scissa loquuntur
et suo modo prouocant duritiam corda hominum vt scindantur et recogi
tent eum qui talem pro nobis sustinuit passionem Sed ille
de hac scissione vt illud ad literam intelligi quod scribitur
Zacharie xiiij° capitulo principium Scindetur mons oliuarum ex media

parte sui ad horientem et ad occidentem Et ita refert hy qui
fuerunt in ierusalem quod adhuc apparent fissure in illo monte
in quibus peregrini ponunt cruces / Et monumenta aperta sunt
et multa corpora sanctorum que dormierant surrexerunt In quo apparet te
stimonii ydoneitas / Qui dormierant sompno mortis
surrexerunt non tunc quando monumenta aperta sunt scilicet hora
mortis christi sed postea quando dominus surrexit cum eo surrexerunt
tamquam testes sue resurrectionis / quia sic dicit Apostolus
Ipse dominus erat primicie dormiencium Et exeuntes de mo
numentis ad testimonium dominice resurrectionis post resurrectionem
eius scilicet christi venerunt in sanctam civitatem id est in ierusalem quod dicitur
pro antiquo nomine ut matheus publicanus Item glossa
ierusalem que sancta dicitur propter templum et sanctasanctorum que
erant deputata ad cultum divinum Et apparuerunt multis
testificantes de dominica resurrectione In ewangelio nazareorum
legitur quod duo viri sancti ante 30 annos mortui vene
runt in templum et exposuerunt quomodo illi qui erant in
limbo exultaverunt in descensu domini ad inferos et
demones tremebant / Nota Augustinus dicit de mirabilibus
bilibus sacre scripture quod post apparicionem illorum resuscitatorum
corpora sunt redacta in cinerem / Unde non fuit resurrectio
sed resuscitacio / Sed ambrosius et beda dicunt quod hy credendi
sunt cum domino ascendente sic ascendisse cum corpore Et rabanus
dicit quod nulla fides temeritati eorum est adhibenda qui di
cunt eos in cinerem reversos / Et secundum istos doctores sur
rexerunt cum corporibus glorificatis Et concordat glossa que an
tentica est dicens hy credendi sunt cum domino ascendente
ascendisse simul cum corpore / dicunt quamvis sancti doctores quod ideo
patriarchas et sanctos patres in terra sancta sepulturam elegisse
Unde iacob in egipto noluit sepeliri sed in sepulchro pa
trum suorum Et ioseph in mortis articulo adiuravit
fratres suos ut tempore egressionis eorum de Egipto quam in
spiritu precognovit futuram / ossa ipsius [illegible] in terram sanctam
secum transferrent / Spiritu enim sancto inspirati cognoverunt
filium dei in eadem terra passurum / Et tunc corpora sanctorum
multa ibi dormiencia cum eo resurgente resurgere / Ubi ergo
volebant sepeliri ubi sperabant gloriose resurreccionis
fieri consortes / Isti cum christo resurgentes sunt quasi primicie
quas christus obtulit pro levitico 23 Cum ingressi fueritis
terram quam ego dabo vobis et messueritis segetem feretis
manipulos spicarum primicias messis vestre ad sacerdotem
qui elevabit fasciculum coram domino et sanctificabit / Messis
prophetarum et sanctorum patrum est multitudo credencium in
christum venturum / qui eciam dicuntur fasciculus / quia erat eis
cor unum et anima una Primicie sunt sancti cum christo re
surgentes Sacerdos christus qui elevat eos quando pro eis

in cruce exaltatus fecit eos secum resurgere, et stabilivit
eos quia in gloria confirmavit. Nondum enim · 4
velum scissum est ad signandum legis scissione et evangelii
apertam predicationem terra mota est in signum destructionis
iudeorum petre scisse sunt in signum conversionis
gentilium monumenta aperta sunt in signum xpi quod mors
xpi est vita omnium in peccatis mortuorum. Sed moraliter
terra movetur in peccati recognitione petra scinditur in
cordis contricione monumenta mortuorum aperiuntur in oris
confessione corpora resurgunt in operum mortuorum reci
visitacione, et apparent in sancta civitate Jerusalem in virtutum
progressione. Omnia velum scinditur in celorum illu
minatione. Hec autem magnitudo signorum significat ut
crucifixum dominum suum sic videre eo volt dissolvi atque finiri omnis
creatura. Unde Leo papa pendente siquidem salvatore
in patibulo commissa creatura congemere debebat hoc
mundus testimonium suo mundus auctori ut in eius occa
su vellent commissa finiri. Hec Leo papa. Certe quantumcumque
apparet eius maiestas cuius crux apparuit tanta misere
miseria. Unde Anselmus Et iam quidem infirma anima mea
vidisti et infirma es miserta es nunc et maiestate eius
attende et mirabere qualis est quem hic nec celum et terra
comparantur ei. Unde et mors mortuos vivificat. Unde et
Hugo. Christus autem induerit ut maiestatis transfigaris ut
flagitiosus et impius putaris videaris adeo derelictus
non desinit in malis non desunt in malis non deest iam
titum habundancia. Unde enim Crisostomus Intende quanta si
gna fecit. Hec quidem et celo, hec autem in terra, hec autem in
ipso templo. Sunt quidem angustiam suam demonstrans
etiam ire dei magne erant que fiebant et non sim
plicia signa sed et furore signa commissa erant terre
tremor, scisse petre, velum medium scissum, terre concussio, et
multe angustie superhabundancia erat. Hec Crisostomus. O quantum
pena mater eius tunc dolebat quando hec fieri videbat. Unde
Hugo Cogitare libet quantus dolor tunc fuerit matri
cum sic dolebant que insensibilia erant. Non lin
gwa loqui nec mens cogitare valebit quanto dolore
tenebatur nunc anima matris. Hec Hugo. Mistice hec signa
predicta habent fieri in resuscitacione et conversione peccatoris
Dei quippe templum est fidelis anima cuius velum scinditur
quando ypocrisis et tegumentum peccati dissolvitur. Sic enim velum ipse
dicebat ne videre possent sancta templi sic peccatum impedit
ne videantur sancta paradisi, ipso tamen quantum ad sufficienciam
sunt amotum per mortem xpi velum enim templi scissum
fuit in signum quod per morte xpi ablatum est impedimentum

No[ta]

Moraliter

Mistice

Ve[lum]

quod nos secreta gaudii paradisi prohibuit contemplari sicut velum operiebat secreta templi. Terra movetur in peccati recogitatione et per timorem compunctionis interne et quando per compassionem mortis christi terrenum desiderium amorem commutatur celestium. Terra enim tremuit per ignominiose mortis christi inflicte ad designandum quod cor nostrum terrena christo patienti domino compati et eius crucem indicium formidare. Quod autem tremuit et quievit in resurrectione hic designat quoddam speciale tripudium quo omnis creatura congaudet christo morienti. Secundum primus tremor designat metum et terrorem, secundus autem gaudium et exultacionem. Petre scinduntur in contricione et per dolorem confessionis in corde et quando duricia cordis per pietatem emollitur compassionis. Petre enim scisse sunt ad designandum quod corda lapidea et dura per dolorem contricionis et intime compassionis scindi debent. Monumenta aperiuntur in confessione et per pudorem confessionis in ore quando fetor intus latet foras per os prodit. Mortui resurgunt in spirituali conversatione et per laborem satisfactionis in opere et quando ad boni operis exercicium excitatur sopitus pigricie et apparet in sancta civitate id est anime illuminatione. In hora mortis tue domine velum templi scissum est. Rogo te aufer velamen ignorancie de corde meo ut videam voluntatem tuam et opere perficiam. Terra te tremuit da michi obsecro qui sum terra et cinis coram te stare cum casto timore et reverencia filiali et meam salutem cum timore et tremore operari. Petre scisse sunt da michi ut lapideum cor meum tuo scindatur timore et inflammans ardeat ad te vocem superne benedictionis accipiet et tibi gerat fructum vite. Monumenta aperta sunt et multa corpora surrexerunt fidelium sanctorum. Da ergo domine anime mee a sepultura resurgere peccatorum. Et notandum quod circa christi expiracionem sonum unum signum describitur esse factum et hic de celo puta solis obscuratio. Et hoc ideo quia christus circa mortem suam proprie in celo cognoscebatur. Sol eo patiente celum proprium eius habens noticiam emisit visibile signum. Sed quia post mortem suam in toto orbe clarum erat clarificando, ideo post quam expirat multa signa apparuerunt in terris quibus inter homines mox cepit clarificari. Et primo inter gentiles.

Unde sequitur: Centurio autem. Et hic introducitur testimonium primo gentilium, secundo mulierum, primum est testimonium infidelium. Secundum fidelium ibi: Erant autem ibi mulieres multe. Dicit ergo: Centurio autem hic gentilis erat et nominatur sic eo quod centum milites sub se habebat. Et in centurione fides ecclesie designatur que post mortem Ihesum filium dei tacente synagoga

Timor terre

Petre scisse

Monumenta aperta

Mortui resurgunt

Oratio

Nota

confirmat Et qui cum eo erant custodientes iesum viso terre
motu et hiis que fiebant quod sic s. clamans spiritum emi
sisset Centurio autem ait videns autem centurio qui ex adverso sta
bat quod sic clamans expirasset ait vere hic homo filius
dei erat Timuerunt valde timore s. per que concepit
spiritus salutis Symo de Cassia Certabat centurio ex multis
ut illum diceret dei filium quem cum hominem custodiebat cru
cifixum quia solem contra naturam viderat obscuratum. Audivit
xpm alte vocibus clamasse cum spiritum tradidit preter quod
numquam natura contulit homini continuo morienti. sensit tre
muisse terram insolito motu quasi non esset hominibus po
tentia in rectitudine subsistendi, ut etiam ipsorum equorum
in quibus sedebant videbantur in dissolutionem redire co
rpora Audivit quod oravit pro crucifixoribus suis. latroni
paradisum promisit matrem Johanni commendat. Hiis motus
℞ pluries a xpo secrete trahente hunc gentilem ad fidem
alte intonuit dicens Vere filius dei erat iste ℞ Confi
teatur [illegible] credens deum prima ductus quod ppter male pa
tavit eum credens deum et fatebatur iustum quem tamquam iniustum
ruerat et publice eum fatebatur inde corum [illegible] et complices te
sua turba dampnavit inde eorum [illegible] dixerunt et meruerunt
turionem tremescitum et admirantes dixerunt et meruerunt
indulgentiam venientes ad notitiam fidei initio illius
ordinis xpi qua in principio confessionis dixit Pater dimitte
illis et sequitur hic dicat Symo et subiungit ecce magnum
misterium quod in nativitate xpi et morte gentiles inde
os credendo pervenerunt In nativitate magi ab oriente
venientes eum adoraverunt In morte centurio qui ab occi
dente primitus credidimus quod centurio erat de oc
cidente Illi reges ꝑ
licia honorum utrique tamen ꝑ signa motu sunt Illi reges ꝑ
luce fulgente stelle Isti ꝑ voce alte clamantem in morte
Illi ꝑ radiantem stellam Isti ꝑ tremulam terram Illi ꝑ novum
sidus venire illuminatum Isti ꝑ antiquum solem mirabiliter ob
scuratum Illi adoraverunt matre tenente puerum Isti cum matre
confessi sunt dei filium Illi de primo natum Isti iam illico
mortuum ut orientales et occidentales et intermedii
conveniant credendo in nativitate et morte xpi Sed quia
ideo venit et natus est et ita pro omnibus moreretur et ut
credentes salvi fiant in magnum deisteri iudei non dederunt
confessionem vocem centurionis [illegible] tremuerunt. ymmo reliquie
runt in cruce crucifixum quem dampnaverant sicut reum et ꝑ maxime
nolebant ore confiteri quem animo convincebant illum et centurionem
dixisse vere hic est homo iustus quem Lucas super Mattheum ℞ hiis
verbis Matthei et Luce a centurione platis patefacta est veritas
humanitatis xpi per Lucam qui dicit vere hic homo et veritas
deitatis ꝑ Matth. quod vere filius dei. ideo in Luca veritas mortis est

et sublitate clareret quod vere iustus erat Et hec tamen notate
runt ad redemptionem quod homo qui deret deus qui valeret
et iustus cum congrueret / et ex illo quantum scelus iudeorum
quod occidit pro eos deus a servus homo a bestiis iustus ab iniuste
dei filius hostilis homo quia dampnabile iustus nescier perit Sed hic
ergo dixit dominus Ioh. 12 Audito quod gentiles desiderabant eum
videre, Nunc clarificatus est filius hominis, et addit Clarifica
me pater Et accepit patrem responsum et clarificavi et clarifi
cabo Nunc enim signis clarificatus iam incipit in cordibus
gentilium clarificari, Qui cristus in actibus iam compuncti
sui credunt contremiscunt glorificant et fide presentes. et
meretur indulgenciam in tuto illius orationis quam cristus
pro suis crucifixoribus effudit Dicebant ergo eum filium dei
esse quod perfidi iudei negabant, Ecce quo iam deus de
lapidibus suscitat filios abrahe, ecce quo iam eiectis fi
liis regni, multi veniunt ab oriente et occidente et re
cumbunt cum abraham ysaac et iacob in regno celorum
fructificante cristi passione qui dicit Ioh. 12 Nisi granum
frumenti etc. Secundo tamen secundum lucam dicit singulariter et discretive
et valde vere Vere hic homo iustus erat / Vere dixit et non
simulatorie illum iustum, qui iustus erat a primo conceptioni
sue conceptione Ier. 23 Suscitabo david germen iustum
Item iustum iusticia consumata Math. 3 Sic decet nos adimplere
omnem iusticiam Item iustum scilicet qui alios iustificat effective
in sanctum deus, meritorie in sanctum homo Rom. 3 Iustificati
in sanguine ipsius / Multiplex enim testimonium salvator
noster sue iusticie habuit primo a pylato luc. 23 Nullam
mortis invenio in homine isto Secundo ab eius uxore Math.
21 Nichil tibi et iusto illi / 3o a suo traditore Math. 21 Peccavi
tradens sanguinem iustum / 4to a latrone pendente
luc. 23 Hic nichil mali gessit / Quinto a centurione ut hic
Et valde efficax testimonium pro cristo Nam veritas
a contrariis divulgata magis effulget Ideo dicit Centu
rio glorificat deum scilicet credens et publice illum fatebatur
iustum, quem seva turba tamquam iniustum dampnabat Beda Cen
turio mirandus erat si non alicui qui ad poenam expirantis
vocem sub tot infirmitatum indiciis dum maiestatis a
gnovit et quod agnovit professus est In centurione igitur
fides ecclesie que iesum filium dei esse credentem confirmat
Cristus enim in cruce stat quasi lucerna super candelabrum Unde
super iudeos quasi iuxta pedem candelabri positos tene
bram fecit gentibus vero quasi a longe positis lucem dedit Con
sites eius qui gentiles erant luce fidei illuminantur ideo
[illegible] pro iudeorum [illegible] pro gentiles [illegible] signat

lanca em̄ sanctus ad pmaꝫ conspicitur et fidelis confitent
qui clerici Centurio ad vocem credidit ex voce filium dei
agnovit Auditus invenit quod non visus, oculum species
fefellit, auditui se veritas infudit / Oculus pruritat inf
mum miserum morte turpissima condempnatum Auri dei
filius et formosus innotuit. sed non videorum, qui erant
incircumcisi auribus, ideo veritati iter ad eas non patuit Cen
turio autem circumcisus erat sed non aure quare ad sonum expirantis
vocem sub tot infirmitate inditus divum maiestate cognovit
unde dicit apostolus fides ex auditu etc. Et omnis turba eorum hic
qui simul aderant ad spectaculum illud et videbant que
fiebant percucientes pectora sua revertebantur. Gl. [illegible] de
causa multi ad hoc spectaculum egressi erant Quidam ex ma
licia et impietate / Alii ex quadam curiositate ut viderent
si aliqua signa fierent, aut si miraculose manus eorum evaderet
Alii ex compassione et amore / Alii ex quadam simplicitate
per sacerdotes seducti eum legis transgressorem arbitrantes
sequebantur, ut eum mori viderent / Et hii visis signis
et miraculis que fiebant, compuncti sunt et misericordie cordis
dolore tacti percuciebant pectora sua et redierunt ad civi
tatem Et ecce quam multiplicatur Christi oracio cepit fructificare
qua dixerat Pater dimitte illis etc. / De principibus autem sacer
dotum et scribis magistratibus et senioribus populi, non dicitur
quod compuncti sunt ymmo et ipsi que dampne cciderunt adhuc
mortuum blasphemaverunt dicentes eum seductorem vocantes
/ amabile et ineffabile spectaculum istud ubi Christus mani
dicit afflictus diabolum debellabat, ubi vita eterna mo
riebatur, ubi morte vite mortem destruebatur ubi mundus
redimebatur ubi exemplum tocius sanctitatis dabatur in loco
in quo homines quondam dampnabantur / ubi exemplum tocius sancti
tatis dabatur in loco in quo infames et malefactores
torquebantur ubi eius supplicium sanctificabatur rumphea extingue
batur paradisus promittebatur Et certe ymmo a seculo non
fuit tale spectaculum quod tantus talis moreretur / Spectaculum
magnum ad quod desuper pater et terra mater angeli demo
nes homines vivi et mortui patriarche et prophete amici
et inimici varia intencione spectabant Et tamen percussione pectoris
dicit Beda ex hoc potest duplex intellectus Primo ideo pectora
percuciebant multi / alii ex eo ut que eum dilexerunt tristes
occisum doluerunt / Vel ideo quia eum morte privasse memi
nerant amplius glorificatum per morte timebant / Secundum intellectum
ad bonos et similiter ad malos pertinebat Iudei pectora
sua tremescendo maioris ruinam mentis pulsabant quod non ex fide viti

vt postularet mortem eius et penam euitaret Et illa
percussio pectorum non erat emendatio sed solidatio scelerum
ex quo per fidem non conuertebantur ad xpm Et reuertebantur ad do
mos non aut ad corpora seu ad proprii consciencias reuertebantur
ad proprium domicilium sed non reuertebantur ad dominum Qui enim dicit
Qui peccata sua tundit et se non corrigit peccata sua solidat
et non tollit Stabant autem omnes noti eius a longe scilicet ante
reuertentibus omnes noti eius discipuli tam manifesti quam occulti
propter metum iudeorum se ab eo elongauerunt Iob xix Noti
mei quasi alieni recesserunt a me Tamen duo stabant
noti eius a longe et dum xpm deum confiteri timebant
quem ligno affixum videbant Sed hijs tacentibus lapides
regem qui venit in nomine domini magno clamore
canebant Et quem homines timore ad perfidia confiteri trepi
dabant hunc diuina elementa et creata dominum mundi et
deum aperto ore predicabant Erant autem ibi mulieres hic
agitur de testimonio mulierum vbi ponit primo commendacionem
mulierum / 2o nominat principaliorem ibi inter quas erat maria
magdalena / Commendacionem autem ponit in duobus primo
quia comparebant morienti / 2o quia ministrauerunt viuenti ibi
Que secute erant Dicit ergo Erant autem ibi mulieres a lon
ge scilicet ad associandum et compaciendum Cum discipuli fugerent
mulieres astiterunt / et omnia consideauerunt Contrarium videtur quod
dicitur Joh 19 vbi dicitur quod stabant iuxta crucem / Dicendum quod erant primo
longe respectu militum xpm crucifigencium et custodiencium sed
prope erant respectu aliorum astancium / quia longe et prope dicantur
in respectu / non enim erant ita longe quin possent eum [illegible] cognoscere
tem audire quando dixit matri sue Ecce filius tuus Crisostomus
Mathei et Luce dicunt mariam magnam a longe stetisse Io:
vero iuxta crucem / quia tanto interuallo aberat ut et iuxta dici
posset erat in conspectu eius / et longe in comparacione turbe
propiore Possimus eciam dicere quod ille que erant in medio
turbe vt in [illegible] commedant eum discipulis abire ceperant iam vt
a densitate turbe eruerent se et quia certa que facta sunt
longius viderent / Que secute erant ihm ex deuocione a
galilea ministrantes ei Beda Sed Consuetudinis erat iudaice
nec in culpam ducebatur more gentis antique vt mulieres
de sua substancia victum atque vestitum preceptoribus suis ministrarent
Sic et dominus mulieres domino ministrabant de sua substancia / vt
meterent eorum carnalia cui ille spiritualia metebant Non quod
indigeret dominus creaturarum cibis sed vt typum ostenderet magistrorum
qui in victu atque vestitu ex discipulis deberent esse contenti Inter
quas erat maria magna sic autem dicebatur a magdalo
opido in quo morabatur Et maria iacobi id est Cleophe scilicet minoris

Et Ioseph mater. Hec erat soror Marie matris Christi. Hic
Iacobus minor erat Alphei filius et dictus est frater domini. Hec
est Maria Cleophe de qua Io. 19 Stabat iuxta crucem Iesu
mater eius et soror matris eius Maria Cleophe. Et mater
filiorum Zebedei et hec vocata est Maria Salomee a pri-
mo [illegible] nupsit Anna defuncto Cleopha. Iste autem tres
mulieres nominantur quia in hiis exprimuntur triplex status
anime procedentis de virtute in virtutem. In Maria Mag-
dalena est exemplum anime penitentis quia peccatrix fuit Luce 7. In
Maria matre Iacobi et Ioseph exemplum anime proficientis
nam Iacobus interpretatur luctator Ioseph augmentum. In ma-
tre filiorum Zebedei exemplum anime perfecte que regnum fi-
liis postulavit. Et istud aggravat scelus iudeorum quia omnia
dicunt deo a servis homo a bestiis [illegible] terminis iustus ab iniuste
multum quando istos ad fidem [illegible] Christi disponit quod cum
clamore magno sic potenter et dominative spiritum dimi-
sit. Videbant enim quod clamor ille supernaturalis et mira-
culosus fuit quia propter defectum sanguinis et effluxus spiri-
tuum talis clamor naturaliter fieri non potuit ab homine
sic propinquo morti. Et ideo concluserunt quod esset factus virtute
divina et supernaturali et per consequens filius dei. Quod etiam ex-
hinc perpenderunt quia quando voluit tunc spiritum dimisit. Unde
dicit Ieronimus Nullus habet potestatem dimittendi spiritum nisi ille qui animarum
conditor est. Et secundum Augustinum cum post illam vocem continuo tra-
didit spiritum hoc maxime qui aderant fuit miraculum. Longa
enim morte cruciabantur in ligno suspensi. De isto centurione
sic dicit Bernhardus Erat ille centurio incircumcisus homo non autem qui ad
unam expirantis vocem sub tot infirmitatum indiciis eum ma-
iestatis cognovit. Ideo quia despexit quod vidit quia credidit
quod non vidit. Non autem credidit ex eo quod vidit sed ex
eo quod audivit quia fides est ex auditu. Auditus autem per verbum
Christi. Et secundum Crisostomum Centurio iste qui [illegible] dicitur non solum confes-
sor fuit sed etiam corroboratus in fide martirium suscepit.
Per hoc quod centurio confessus est confessio secundum gentilis [illegible] clara
significata fuit gloriosa confessio gentilium in eorum
conversione et duritia iudeorum in infidelitate. Unde
Ieronimus Novissimi autem [illegible] efficiuntur quia gentilis po-
pulus confitetur et plebs iudaica ceca negat ut fiat
eius error novissimus peior priore. Unde et Beda Ceci-
tas ergo cecitas iudeorum qui tot per dominum virtutibus factis
tantis in morte eius apparentibus signis credere respuerunt
et insensibiliores gentilibus deum glorificare vel timere
contempserunt. Unde in isto per centurionem fides ecclesie designatur

que velo misteriorum celestium per mortem domini reseratum
gno iesum et vere iustum hominem et corde dei filium syna
goga cecate confirmat Cen et ambo O duriora saxis
pectora iudeorum iudex arguit / credit mister / proditor
scelus suum morte condempnat / elementa fugiunt terra con
titur / monumenta reserantur / iudeorum tamen inmobilis du
ricia manet orbe conquasso Cen ambo Considera ergo tu ho
redempte quis et quantus et qualis est qui pro te pen
det in cruce cuius tristiciam et celum luget et terra et lapi
des duri qui compassione scinduntur cuius mors mortu
os vivificat et quem omnis creatura dominum suum confitetur
O cor humanum omni lapidum duricia durius si ad tanti re
memorationem piaculi nec terrore concuteris nec compassione
afficeris nec compunctione scinderis nec pietate mollieris Un
de omnis creatura christo morienti compatitur sol obscuratur terra
movetur petre scinduntur velum templi dividitur sepul
cra aperiuntur sed solus homo miser non compatitur pro quo
solo christus patitur / Cen Cenk ostendit christus in altum ut
ab hominibus videtur alta voce clamat ut ab omnibus
audiretur / clamori fletus admiscuit ut homo compatere
tur ad hanc vocem non conturbatur / terra commota petra est
~~[struck word]~~ durior sepulcro fetidior Cen Cenk Erant autem ibi
ad sociandum ad considerandum ad compaciendum cum matre domini
Iohannes et magdalena et due sorores eius scilicet maria cleophe
et maria salomee / et preter istas que principales erant
etiam plures alie mulieres a longe stantes et videntes
que fiebant / que secute eum a galilea fuerant
ex devotione quam ad audiendum verbum eius habebant mini
strantes ei necessaria de substantia sua ut meteret eorum car
nalia cuius ille metebat spiritualia / Consuetudinis enim
iudaice fuit ut mulieres de substantia sua victum et vesti
tum predicatoribus et preceptoribus suis min ministrarent
et in aliis ut in predicatione ubi et locorum ... vestium ser
virent quod et dominus accepit ut exemplum daret apostolis
eorum consulens infirmitati / et ut evangelio magis
vacarent nec tunc hoc scandalum erat / Paulus autem super ero
gavit qui cum haberet potestatem circumducendi mulieres sicut
alii non tamen usus est ea / propter pseudo apostolos ut eos a pre
dicatione reprimeret / et propter suspicionem removendam maxime
inter gentes ubi talis consuetudo non erat / et ideo scandalum
facere poterat / Ostendebat autem domino carnalia pro spirituali
bus non quod indigeret dominus creature sed ut ostenderet compun
ctionem quam victu et vestitu ex discipulis suis esse con
tenti Cen Cerus hec autem mulieres considerabant negebat

que maxime erant compassibiles et que sequebantur minis
strant gestis ad pietula afferunt maximam fortitudinem
ostendentes quia omnes discipuli fugierunt ipse affuerunt h[ec] (?)
Iudei ergo quoniam parasceue erat i. dies preparacionis qua
preparabantur ea que magno sabbato erant ad usum necessaria ut
non remanerent in cruce corpora sabbato / Erat enim magnus dies
ille sabbati rogauerunt pylatum ut frangerentur crura eorum
et tollerentur Augustinus ne pendentes in cruce magnum diem sab
bati sui diurni cruciatus fedaret Deut. 21 Cum peccauerit
qui morte plectendus est et adiudicatus morti suspensus
fuerit in patibulo / non permanebit cadauer eius in ligno sed
eodem die sepelietur Non magnipendebant iudei hoc
legale preceptum cum iam legislatorem occiderant Crisostomus Cola
bant culicem camelum glucientes Et ideo comiuis presidi re
uerenciam sabbati allegabant / intus tamen in corde magnam ma
liciam tenebant / ne propter signa facta Christo moriente in die
sabbati et quiete tumultus fieret in populo / et ex visu in
cruce corpore / turba penitencia ducta / se secutam asserens ad vin
dictam innocentem morte Christi faciliter moueretur Nam enim
viderant crucifixores conuersos plures / facies virorum et mulierum
immutatas nouitate signorum Nam enim in vulgo resona
bant tremenda verba presagia futurorum malorum Unde
timentes ne Christo pendente ampliora fierent sed quia pietate de
ponendi occisorum corpora erat eis a romanis ablata ideo rog
abant pylatum Venerunt ergo milites et primi quidem
fregerunt crura et alterius qui crucifixus est cum eo / et sic expia
uerunt et sepulture traditi sunt Supponerat enim latrones
uenire et sepulture traditi sunt Superuixerant enim latrones
Christo mortuo / quia non tam crudelibus penis excruciati erant
ut Christus / proprie diuina hec ordinacione disponente / ut per
sona iudeorum superstitio appareret / qui asserebant magnum
diem sabbati tormentis latronum contaminari / cum tamen filium
dei occiderant / et se incontaminatos credebant Ad iesum
autem cum venissent ut viderent eum mortuum non fregerunt
eius crura Christi enim ossa debebant integre conseruari / quia solus
integer erat a peccato / ad presagium corporis Christi mistici / cuius
ossa i. viri perfecti in illis tribulacionibus uel aduersitatibus
in animo erant confringendi sed integri i. immobiles permanere
sunt / Nam quamuis martires in corpore fracti et contriti sunt
semper tamen animo victores permanserunt seu extiterunt Et ne quis
hoc iudeorum pietati ascriberet Ewangelista assignat causam quare non
fregerunt eius crura / et allegat scripturam dicens Facta sunt autem
hec ut scriptura impleretur Numeri 9 cap. Os non comminuetis ex
eo Sed hec quidem scriptura loquitur de agno typico cuius ossa non
erant comminuenda qui figurabat agnum sine macula Christum
in cruce pro nobis deo patri ymolatum / cuius crura in curiositate

non erat frangenda / Sed vnus militum lancea latus eius
aperuit et continuo exiuit sanguis et aqua. Aug. Vigi
lanti verbo euangelista vsus est vt non diceret latus eius percussit
aut vulnerauit / sed aperuit / vt illic quodammodo vite hostium
panderetur / vnde sacramenta ecclesie manauerant sine quibus
ad veram vitam non intratur. Vel sic ideo miles latus
Christi nobis aperuit / vt apperto latere cognoscamus cordis eius
dilectionem vsque ad mortem / et ingrediamur dilectione vero
illud a quo dilectio processit ad nos. Aug. / hec apercio pre
figurata est in Noe quando in latere arche iussus est facere ho
stium quo intrarent animalia non peritura / Christi latere aperto
vite hostium nobis aptum cunctis ergo non ingredientes sibi im
putent negligenciam ex quo apertum nouit introitum. Maria
tamen in hoc facto patuit seuicia / eo quod in corpus mortuum
seuierunt. Vnde quantum clavi quibus Christus confixus est dul
ces dicantur / sicut et crux / lancea tamen dyra dicitur. Vnde Ambro
in ympno / Mucrone dyro lancee etc. Vere impleta est
in domo mea sicut hyena / quod est animal inflexibile nisi
curuacione tocius corporis / In mortua corpora seuiens ita
ut in oculis mutet colorem et exhumat ea. Iudei fuerunt
pertinacissimi crudelissimi et dolosissimi qui eciam in
corpus Christi mortuum seuierunt. Sed quare due in latere
vulnerari voluit post mortem et non ante / Respondetur nulla circa
Christi passionem facta fuit / nisi que dominus fieri permisit congrua
racione. Est autem huius duplex racio litteralis et allegorica / litteralis
vt veritatem humane nature demonstraret in sanguinis effu
sione / et comprobaret Christi diuinitatem cum humanitate / in miraculosa tam
sanguinis quam aque effluxione / que effluxio fuit miraculo
sa. Sanguis tamen fuit naturalis sanguis sicut et aqua. Ambrosius
Licet corpus Christi natura fuit mortalis / dissimile tamen gracia fuit
Nam post mortem sanguis in nostris corporibus euanescit / ex illo
autem incorrupto corpore omnium vita manat / sanguis et aqua
exiuit / aque abluunt. sanguis qui redimit / Aqua que
abluunt sordes peccatorum. Sanguis redimens a seruitute demo
niorum / Aqua in lauacrum / sanguis in poculum / vt prium
nostrum bibamus et bibendo redimamur. Allegorica. Sicut
de latere Ade dormiente formata est Eva. Ita ex Christi dor
miente in cruce latere et vulnere formata est redempta quoque
sponsa ecclesia / indissolubili vinculo et irrepudiabili Christo
sponso copulata / Vnde tunc reprobata est Vasti et Hester
regina electa. Hec Aug. / Sed quare ecclesia ex Christi latere
est formata. Respondetur vt ecclesia cognoscat a Christo dilectam se sciat
et Christo emendam et non ab alio quam ab ipso se redemptam co
gnoscat. Apoc. i. Dilexit nos et lauit nos a peccatis nostris in san
guine suo. Ephe. v. Dilexit ecclesiam mundans eam lauacro vite
et quanti precii apud deum sit in mente diuina quilibet fidelis ex hoc perpendat

Nō

Nō

Et qui(?) deus peccatum odiat sanguine xpi demrat(?). quem
propter peccatorum ablucionem vivus effudit et mortuus Vel
sic de latere xpi exivit sanguis et aqua Primo sanguis
in determinata mensura soli deo nota. Deinde distincto ef
fluxit aqua. in magnum misterium / Ut prius regrederetur
ex eodem corpore precium redempcionis s. sanguis Deinde aqua per
quam recepta figuratur multitudo populorum Aque enim multe populi
multi Et non multiplex aqua sed una de latere xpi fluxit
quia unus populus est sanguine xpi redemptus Ille qui ex
fide de latere xpi processit qui solus dicitur xpianus Non
alii a quibus fides xpi non est recepta. quibus inutilis est
sanguinis xpi effusio / Unde ex hoc sacramentum eciam conficit sanguinem
xpi apponendo aquam / fideles significans per aquam sanguine xpi
redemptos. unum cum xpo fieri sicut in mixtione aque vinum
fit cum vino Et si omnes populi mundi fidem xpi reciperent
tamen unus populus diceretur. quia unitas populi ex unitate sacramentorum
et uno cultu dicitur Unde Apostolus Quoniam unus panis et
unum corpus multi sumus et Tunc impleta est alia scriptura
dicens Videbunt in quem transfixerunt Zach 12 Aspicient
in me quem confixerunt Apok 1 Videbit eum omnis oculus
et qui eum pupugerunt Et hec scriptura propter certitudinem dicitur
impleta / licet non plene sit completa / sed plenariam implecionem
in die iudicii Crisostomus Nullus discedat neque verecundans aspiciat
transfixum salvatorem / que enim videntur esse maxime opprobriosa
hec nostrorum honorum sunt fundamenta / Et ideo
Johannes iam dictorum testis fidelissimus subiungit Et qui vi
dit testimonium perhibuit s. ipsemet Johannes qui et presens
fuit. Et verum est testimonium eius Et scit quia verum dicit semper de seipso lo
quitur ac si de alio. propter suam humilitatem. more sacre scrip
ture Et ille scit quia vera dicit Apok 12 Cum quod novit
loquitur iudex et iusticie Et 1 Joh 1o Quod fuit ab inicio
quod audivimus quod vidimus oculis nostris. quod perspeximus
et manus nostre contrectaverunt de verbo vite / hoc testamur
et annunciamus vobis ut et vos credatis Crisostomus Cum multa
certitudine Johannes gesta passionis descripsit / non refu
tat suipsius testimonium ferre in medium / Sic et nos in
consuetudine habemus ut cum valde vera proferimus
dicere solemus / Ego vidi quia ita est / et ideo certum perhibeo
testimonium / Unde et apostoli dicunt Act 10 dixerunt Nos sumus
testes horum verborum s. que a domino Iesu audivimus Scriptum
sit enim ista Johannes ut credamus Ideo dicit Ut et vos cre
datis Joh 20 Hec autem scripta sunt ut credatis quia Jesus est xpus
filius dei / et ut credentes vitam habeatis in nomine eius
Rom 15 Quecumque scripta sunt ad nostram doctrinam scripta sunt
1 pet 1o Credentes exultabitis leticia inenarrabili et glorificata

Nota

reportantes fine fidei corde salutem animarum suarum/ Et ph
Joh. v. hec scribo vobis ut sciatis quia vitam eternam habetis
qui creditis in nomine filii dei/ Et nota quod iste miles fecit
hec ad complacentiam iudeorum de morte christi certificari volentium/ In quo etiam patet nimia ipsorum crudelitas quod non
saciati penis quas christo viventi intulerunt etiam mor-
tuum vulnerare conati sunt/ Sic et hodie christum semel
crucifixum conantur rursus vulnerare qui sine timore pec-
care presumunt vel de peccato se iactare/ Unde Theoph. ut iu-
deis complaceat lanceat christum etiam corpus exanime con-
tumelias inferentes/ Unde et Crisostomus aperuerunt eius costam
lancea et mortuo corpore de reliquo contumeliates et in mor-
tuum enim contumeliari corpus militem multo deterius fuit quam
crucifigi qui autem eum lanceat cum vere caligasset oculis
eius pre senectute et tam vel potius multo divino sit et la-
ceravit licet nesciens sanguine christi per lanceam deflu-
ente oculos tangeret continuo clare vidit et protinus il-
luminatus in christum credidit/ Unde et militie cedens institutus
ab apostolis in Cesarea Capadocie xxxviii annis monasti-
cam vitam duxit et in omni sanctitate permanens verbo et
exemplo multos ad christum convertit/ De eo quod ait Ysidorus
lancea Longinus latus salvatoris et non tamen veniam meruit
sed episcopatus honorem et martirii coronam promeruit/ Non
suffecit iudeis et aliis quod christum occiderunt sed post mortem
huiusmodi deriserunt/ Istud olim fuit in Absolon post-
quam legimus in arbore suspensum et veniens Ioab
tres lanceas in corde ipsius fixit/ et armigeri Ioab gla-
diis ipsum crudeliter invaserunt/ Sic et christus in cruce lancea
militis et insuper tribus lanceis id est tribus doloribus
est confixus quorum primum fuit ex comparatione penarum ma-
gnitudine/ Secundum ex dilecte matris sue amaritudine
/ Tercium propter peccatores quibus sua passione profuit non
prodesse/ Et insuper super hec iudei invaserunt eum gladiis lin-
guarum suarum acutissimarum/ Sic modo omnes voluntarii
peccatores christum invadunt qui sponte peccando iterato ipsum
crucifigunt/ plus peccat qui offendit christum regnantem in di-
vinitate quam qui crucifixerunt eum conversantem in humanitate
/ Sed contumelia a iudeis illata in signum prodiit quod de cor-
pore extincto sanguis verus et aqua pura miraculose ma-
navit/ Unde sequitur/ Et continuo exivit sanguis et aqua ex quibus
sunt efficatiam ecclesie sacramenta/ Hoc factum est ad ostendendum
quod per passionem christi plenam consequimur ablutionem scilicet a peccatis
et maculis/ a peccatis quidem per sanguinem qui est precium nostre
redemptionis/ Sicut id Petr. Non corruptibilibus auro vel argen-
to redempti estis sed preciosa sanguine/ A maculis vero per

aquam que lauacrum est nre regnacionis s'm id Ezech
Effundam sup vos aquam mundam et mundabimini ab
omnib; inquinamentis vris Vel referri pt sanguis ad
precium et nram redepcionem vt redimamur a penis
aqua ad lauacrum et pctorum ablucionem vt purgemur
a culpis Sanguine em agni domus seruatur a percussione
angeli / et aqua maris rubri extinguntur inimici / effusus
e mqz ille ad redepcionem / ista ad redepti ablucionem Ille
aut est redimeret captiuum / ista vt ablueret immundum Sz
hic secundus sensus satis intelligitur in primo qz vbi e plena
a pctis ablucio ibi sequitur et a penis redepcio / et vbi e a
maculis ablucio ibi precedit et a pctis purgacio Et sciendum
e hic cautelose qz de corpore mortui in quo stati p mor
tis frigiditatem sanguis coagulatur et in thabez conu
ertitur non solum sanguis exire solet nec de aliquo aqua
puram manare Ille aut sanguis erat verus et purus
et aqua vera et pura non vt quidam dixerunt humor
aquaticus seu fleuma / Considera nunc q'nta fuit malicia
iudeorum qui adhuc non fuerunt saturati penis et obprobriis
xpo in vita eius illatis qui tam eciam persequentur mortuum
Et q'uis illud vlnus latere non senserit cum corpus mortu
um fuerit / tn p hec contumelie et iniuria sibi inferebantur
qz omnes contumelie et crudelitates illate mortuorum corporib;
reputantur ac si viuis inferentur / Ex hoc articulo lanceacionis habe
tur tria documenta Primum e qz nos cum mortui fuerimus
cum xpo s' mundo et pctis tunc debemus lancearj cum xpo cuspide
vere caritatis sic anima illa se lanceatam gloriabatur que dicebat
vulnerata caritate ego sum / hac eciam amoris lancea cor suum
pforari Augustinus petiuit dicens Rogo te dne p illa salutifera
vulnera tua que passus es pro salute nra in cruce ex quib;
emanat ille preciosus sanguis quo sumus redepti, vulnera
hanc animam meam peccatricem pro qua eciam mori dignatus
vulnera eam igneo et potentissimo telo tuo potentissime cari
tatis / Confige cor meum iaculo tui amoris vt dicat tibi anima
mea caritate tua vulnerata sum ita vt ex ipo vulnere amoris
tui vberrime fluant lacrime die ac nocte Percute obsecro
dne hanc durissimam mentem meam valida cuspide pie di
lectionis vt altius ad intima penetret virtute potenti Augustinus
Scdm documentum e scdm Crisostomum Qz nos frequenter debemus sacra
menta ea intencione et deuocione accipere ac si nobis de latere xpi p
fluerent Vulnus em lateris xpi fuit hostium sacramentorum qz
sic de latere primi ade formata e eva Ita de latere scdi ade
formata e ecclia Et non qr hec quod dz sacra manasse de latere
xpi specialiter intelligendum est de duob; principalibus sacramentis

2

sine quibus no intrat ad vita vz de sacramento redempcionis
et de sacramento ablucionis Quorum primum ptinet ad sacramentum
eukaristie et significat p sanguinem ymo e idem ipe san
guinis que quottidie sumi9 et qui fluxit de late xpi Secun
dum ptinet ad sacramentum baptismatis quod significatur per
aquam Vn Aug9 Ille inquit sanguis in remissionem pctorum
fusus est / aqua illa salutare tpat poculum hic et lauacrum
pstat et poci9 hoc pfigurabat q noe in late arche hostium
facere iussus est quo intrauerint aialia que no erant
diluuio pitura quibus pfigurabat ecclesia etiam de istis eaaz
sanguise et aqua dicit idem Aug9 q credibile e q latro
ille cui pmisit dns paradisum aspsus fuerit aqua et sanguine
xpi de late exilientibus et tali sctissimo baptissimate sal
uatus sit / cum sine baptismo nemo saluetur uel martirio Ter
cium documentum est q nos omes voluntatem nram conformare
debem9 voluntati diuine et q voluntas dei in omnibus et sr
omnia sit nobis accepta eo q cor xpi vulneratum e amore
vulnere ppter nos Quis nos p amore reaptum intrare pos
sim9 p hostium lateris ad cor eius et ibi omes amorem no
strum ad suum amorem diuinum coniungere Vt sic ferrum candens
cum igne in vnum redigat amorem / Homo enim oia deside
ria sua debet fundare et ordinare in omni amore xpi / vt pecc
bus p quos affectus accipiunt est crucifixus et in omnibus bonis
opibus se exercere ac cuncta mala opa deuitare amore
xpi / p malis p quas opa accipiunt crucifixus e ~~in omnibus bonis~~
opibus / omes re voluntate sua conformare voluntati diuine
p illo amore vulnere qd in cruce p homine accepit cui mirabi
bilis amore sagitta cor suum mellifluum pforauit Et istud
vulnus qi p hostium amore Aug9 intrauit cum dicebat Lon
ginus inquit apuit in latus xpi lancea et ego intru et ibi
requiesco securus Clam et lancea clamat in q vere re
conciliatus sum xpo si re eum amauero / Ad conformandum se
huic articulo rememorare homo q supexcellentissimum ao
rem xpus in apcione lateris sui nobis ostendit in quo nobis
aditum patulum ad cor eius dedit / Festinet ergo homo intrare
ad cor xpi ac recolligat omes amore suum et generat amore
diuino reuoluendo in mente sua documenta pmissa Recogitet
etiam homo qnta caritate xpus ex late suo nobis pfudit sacra
menta quibus intrim9 ad vitam eternam uel alias sic dicens me
ditanti vel oranti deuocionem ministrabit Dne qui latus
corporis tui mortui lancea pforari aperiri et exinde sanguinem
et aqua exire voluisti vulnera queso cor meum caritate lancea
caritatis ut tuis dignus efficiar sacramentis que de eodem
sacratissimo late pfluxerunt Qui apturam tui lateris dne
apuisti electis tuis ianuam vite / hac porta tua doc iusti ddom

Noli domine queso iniquitatum mearum recordari ut propter eas michi claudas aditum istum quem peccatoribus et penitentibus aperuisti. Et licet istud vulnus lateris non senserit christus quia mortuus erat tamen corpore mater eius bene sensit cuius felicissimam animam crudelis illa lancea transfixit. Tunc enim perfecte impleta est in ea Symeonis prophetia qua sibi dixerat tuam ipsius animam ipme gladius pertransibit. Et hac lateris christi perfossione a cuius archano tamquam a fonte pretium nostre salutis copiose est effusum. Immo etiam ad compaciendum et amandum vulneratum cor nostrum quia hic maxime apparuit quam copiosa apud eum redemptio fuerit. Unde Bernhardus: Ad cumulum postremo pietatis tradidit in morte animam suam et de proprio latere protulit pretium satisfactionis quo placaret patrem per quod illud plane ad se consilium traxisse dicit apostolus: dominum misericordia et copiosa apud eum redemptio / prorsus copiosa quia non gutta sed unda sanguinis largiter per quinque partes corporis emanat. Unde et Ambrosius: Adhuc ac alterius eiusdem cruore quam grandi et tenerrima compassione dignus appareat. Vide mundum et verberibus laceratum in medio latronum cruci ignominiose clavis affixum aceto et felle potatum et post mortem lancea in latere vulneratum et copiosos sanguinis rivos ex quinque vulneribus manuum pedumque et lateris effundentem. Flete deducite oculi mei / et liquescat anima mea igne compassionis super contritione amabilis iuvenis huius quem in tanta mansuetudine tante vides afflictionis doloribus. Sed Ambrosius: Quinque etiam vulnera sibi infligi permisit ut humanum genus quinque sensibus a diabolo captos redimeret / Christus quippe hodie sanguinem suum fudit pro nobis pretiosissime plenissime et acerbissime. Pretiosissime fudit si consideretur causa / nam causa effusionis sui pretiosi sanguinis fuit pretiosissima quia ipsum fudit ex caritate fervetissima ex qua voluntarie pro nobis pati voluit ut pulchre ostendit Augustinus in persona christi dicens: O homo recogita qualia et quanta pro te passus sum. Cum esses inimicus pro meo reconciliavi te / cum tamquam ovis perdita aberrares quesivi te et in humeris meis portavi te / patri meo reddidi / caput meum spinis opposui / manus meas clavis obieci / sanguinem meum pro te fudi / animam meam pro te posui ut iungerem te michi et tu dividere a me converte ad me et ego suscipiam te. Plenissime fudit si consideretur mensura quia totum sanguinem effudit ita quod nec una gutta in se non remaneret. Totam sanguinem multitudinem fudit in flagellatione. Sed quem sanguinem habuit in corpore et in capite effusum fuit in spinarum coronatione. Sanguinem vero venarum et nervorum fudit in manuum et pedum clavatione. Sed sanguinem qui remansit in corde vel in medie precordiis effudit in lateris apertione.

pretiosissime

plenissime

Et ideo qr in eo nl sanguis remansit no erat ei spes neqz
dere Acerbissime fudit Si cosider̄ nā Nam qnto nā et
coplexio est nobilior et delicatior tanto ē sue lesionis pcep
tibilior et p ɔsequens pena inflicta et eius sensualitas
ē acerbior Sz cōstat q coplexio corpis xpi fuit delicatis
sima qr spus scā artifico de purissimo sanguine fōrata
et ɔo sui sanguinis effusio et penaru illatō fuit acerbi
ssima Et ideo dicit Attendite ē metalie et videte si est
dolor sicut dolor meus q. d. non Surge ɔo
amica xpi esto sic columba nidificans i summo ore fōra
mīs ibi vt passer inueniens domū vigilare nō cesses
ibi tanq̄ turtur casti amoris pullos abscondes ibi os appo
ne vt hauriās aquas de fontibz saluatoris hic enī est
fons egrediens de medio padisi qui in corde deuote
diffusus fecundat et irrigat ɔmissa terram / Ecce hostiū in
late archē quo intrare aīalia no pituia diluuio Ad
huc ɔo petre fōramina et maceriarum cauerna stude ne
et in die exitus tui recurre et in eis latitare vt ibi va
leas pascua inuenire et ora leonū euadere Vn Anshel
ffestina ne tardaueris comede fauū tuū cū melle tuo
bibe vinū tuū cū lacte tuo Sanguis in vinū ꝗtur
vt inebrieris in hac aqua mutat̄ ut mutaris fōta sūt
tibi in petra fōrā in mēbris eiꝰ vulnā et in corporis
eiꝰ manib tua cauea in quibz instar columbe latitans
et deosculans singula ex sanguine eiꝰ fiat sic vitta
coccinea labia tua et eloquium tuū dulce Vn et Greg
per foramina petre vulnera manuū et pedū xpi in cruce
pendentis libent intellexerim / cauerna vo macerie vul
nus lateris quod lancea factū ē eos sibi dixeris / Et bn colū
ba in fōraminibz petre et in cauerna macerie esse dicit
qr dū in eiꝰ recordacione paciencia xpi imitat̄ dum
ipsa vulnera ppter exemplū ad memoriam reducit quasi
tam. Secundum est quod sicut dominus passus mortuus et sepultus
lamentatus fuit sic et nos lamentari eum debemus per compassionem
3. et rectam compunctionem. Tertium est quod sicut Christus sepultus custoditus
fuit sic et nos eum in mente nostra sepultum firmiter custodire
debemus ne latrunculi id est demones sepulture cordis nostri
4. subintrent et furentur nobis ipsum Christum. Quartum est quod nos qui
spiritualiter mortui sumus peccatis consepeliamur cum Christo ita ut
abscondamur et celemur a peccatis sic quod vetus homo in nobis
amplius non resurgat. Unde apostolus Consepulti enim sumus
cum Christo per baptismum in mortem. Ubi Glossa Christus in pro
na vetere homine habebat membra confixa in cruce nec ad
proprias actiones moventes a quibus etiam mortuus et sepultus
quiescunt humanis subtractis aspectibus. Per hoc exigens a nobis
ut membra nostra contineri et iustitie clavis confixa habeamus

Ne ad priora mala redeamus a quibus etiam ita perfecte quievisse
ut nec eorum concupiscentia nec memoria habeatur. Et sic in nobis veterem
hominem in nobis crucifixo mortuo et sepulto ad bona opera
resurgentes in novitate vite ambulemus secundum glossam. Ad confor-
mandum se huic articulo ymaginetur homo quod cor suum sit Christi sepul-
crum ut mirabiliter ipsum venerabiliter recondat reconditum lacrimabiliter
defleat et diligenter custodiat ne ipsum amittat. Consepeliat etiam
se ipsum in eodem sepulcro cum Christo timens scilicet documentorum
vel alias sicut deus inspirabit. Jesu qui in monumento sepe-
liri lamentari et custodiri voluisti da michi te in corde meo spi-
ritualiter sepelire lamentari et diligenter custodire ut et ego tibi
consepultus tecum merear ad resurrectionem gloriose pervenire et qui
positus in sepulcro a visu hominum es segregatus in pace dormi-
ens absconde me interius sinum tuum in abscondito faciei tue
a conturbatione hominum ut mundo mortuus tibi vivens in te
dormiam in te sciamque requiescam. Hic nunc videndum est qualiter
debemus cum Christo sepeliri. Sepultura autem istud in quo debemus
sepeliri est ipsa religio in qua ipse religiosus separatur a mun-
do mori et sepeliri. Assimilari autem debet religiosus mortuo et sepul-
to quantum ad plura. Primo quantum ad sensum generalem quia sicut mortuus
et sepultus nil proprium habet sic et religiosus nil proprium habere debet in ·1·
communi omnia dimittere. Secundo quantum ad sensum carnis et motuum ·2·
quia sicut mortuus pulsatur sensu nec sensibus gaudet sic et religiosus
debet esse mortuus quantum ad delectationes que ad sensum carnis
pertinent. Et sic mortuus se movendi non contradicit sic et religiosus
debet prelato se regenti non contradicere sed in omnibus obedire. Tertio quantum ·3·
ad domicilium quia sicut mortuus clauditur in sepulcro sic re-
ligiosus debet esse reclusus in claustro et sicut mortuus de mo-
numento non exit nisi ad iussionem dei scilicet in die iudicii sic nec
religiosus debet exire claustrum sine iussione prelati. Et sic mortu-
us non murmurat quando transfertur de monumento in monumentum
sic nec religiosus debet murmurare quando transfertur de monasterio in
monasterium. Quarto debet assimilari conditioni mortis Christi. In morte ·X·
enim Christi anima fuit a carne separata tamen anima et caro fuerunt deitati
unitati unite sic in vero religioso anima debet esse a corpore
separata et a carne ut scilicet carni non consentiat in aliquo carna-
li amore; anima tamen et caro debet deo esse unite; anima per amorem
caro per contemplationem ut possit dicere cum propheta cor meum et caro mea
exultaverunt in deum vivum. Sepulturam Christi olim filii Jacob pre-
figuraverunt quando fratrem suum Joseph in cisternam miserunt. Hanc etiam
Jonas prefiguravit quando proiectus de navi in mare cetus devo-
ravit. Jonas fuit per tres dies et noctes in ceto ita Christus fuit ad similitudinem

in monumento. Nunc recogita qualiter dominus tuus septem horis pre-
dictis pro te passus sit et ausculta eum quasi te monentem et dicentem.
Tu prima nocte surrexeris ob reverentiam illius amoris quo me *[Nocte]*
vinctum tradidi in manus malorum et quo factus sum obediens
usque ad mortem. Disponas in corde tuo obedire velle ad omnia
que tibi iniunguntur. Circa primam ob reverentiam humilitatis qua *[Prima hora]*
coram indigno iudice velud agnus mansuetus steti subicias
te omni creature propter me et ad quecumque vilia opera sis paratus.
Ad terciam ob amorem quo ego contemptus consputus et obprobriis *[3 hora]*
saturatus sum teipsum contempnas et vilipendas et obprobria sus-
tineas. Ad sextam crucifigas tibi mundum te quoque mundo cogitans *[6 hora]*
qualiter ego omnium creator pro amore tuo crucifixus sum et ideo
omnia delectabilia mundi tibi sint quasi crux amara. Ad nonam *[9 hora]*
moriaris mundo et omni creature scilicet ut amara mors mea in
cordi tuo dulcescat ut omnis creatura desipiat. Circa vesperam *[Vespere]*
quia de cruce depositus sum recolas in gaudio qualiter post mortem
et omnes labores tuos felici requie pausabis in sinu meo. Ad *[Completorium]*
completorium memor sis commendationis illius qua spiritum meum
effectus meipso in summa experiencia perfruere que nemo habet
in via incipit per voluntatis mee et tue concordiam in omnibus
tam adversis quam prosperis et in futuro conplebitur per eternam gloriam
in celis. Tu autem conveneris ad crucem ibi virgo beata genuflec-
xit et crucem adorat. Sic et omnes fecerunt. Cogitare namque potes
quod ipsa fuit prima que crucem adoravit sicut et prima que filium na-
tum adoravit. Hec autem sancta crux post passionem et resurrectionem domini
per iudeos cum crucibus latronum sub monte calvarie profunde sub-
terra abscondita fuit ubi iacuit ducentis annis et amplius usque ad tempora
Constantini et Helene latuit. Sed Helena in lapide plus quam ce-
passibus fodiens ipsas tres cruces invenit quibus sublatis crucem
domini ab aliis signo resurrectionis mortui probat et discrevit. Ipse
autem locus in quo crux inventa erat distat a loco calvarie decem
pedibus versus orientem descendendo. Ubi in ecclesia que continet
montem calvarie est cripta profunda inferior pavimento xl gradibus
vel circa. Et sunt ibi quatuor columpne que dicuntur mortem domini
flevisse. In hac ecclesia fecit rex in qua passus est Christus multa
sua festa diversis annis et temporibus de quibus sunt isti versus. Salve *[Xpi]*
festa dies que vulnera nostra coherces. Angelus est missus et passus
in cruce Christus. Est Adam factus et eodem tempore lapsus. Ob meritum decime
cadit Abel fratris ab ense. Offert Melchisedech Ysaac supponitur
aris. Est decollatus Christi baptista Iohannes. Est Petrus ereptus Iacobus
sub Herode peremptus. Tedet iam audire [illegible] in decore
blasphemias // ~~Hic ponitur opinio dubitantis gemma~~ *[Cena]*
[illegible] Mistice corpus Christi ecclesia est. In qua quidam sunt vivi
aliqua in eos demones sibi vendicant potestatem cum eos temptatores
suscitando dei permissione. Sed post mortem multo plus cum eos. Et h

sicat in eo q cu pylatus recognouisset eu obysse iussit yozeph donari corpus iesu Qr pylatus igr dyabolus sicat, interpretatur enim os malleatoris hic lz sctos qui p corpus iesu sigificant in ptate sua qui vnt, sicut id tra data e in manu ipi sicut de Job et scto anthonio pq morte eos liberos dimit tit sic et pylatus corpus iesu Nota pylatus iussit reddi corpus q mundus homines no dimittit nisi mortuus sint ei per penitencia Tunc enim mundus amplius no curat de eo, sic mare mortua eiat et viua tenet i. Re 30 dixit puer egyptius dereliquit me dns meus q egrotare cepi egrotat in bonum cui incipit mundus displicere, moritur ei cui nec eius blandicias nec ignominias sentit et In eo aut q corpus iesu inuolutum erat in syndone munda sicat q post morte dns sctos suos induet stola prima corpor in date sui singulis stole albe, et reponet eos in mo numento nouo i. in celo empireo. Qd dr monumentum propter quietem, q ibi requiescunt sctorum aie a laboribus suis ps In pace in idipsum et Vel dr monumentum propter securitatem q ibi a deo muniti sunt vt insultus hostium i. demonum no formident ps Confortat seras portarum tuarum et Magnum saxi aduolui sicat illud chaos magnum quod firmatum e inter eos q sunt in gloria et eos qui in pena de quo luce 16 dr

d[e] pylato

Moraliter Imitatores sumus venerandi iozeph petentes corpus iesu et inuoluentes illud in syndone munda In syndone munda xpm inuoluit, qui mente pura eum suscipit, siue dr eum pura et sincera fide credendo, siue sacramentaliter in ewcaria manducando sicut etiam mos ecclie inoleuit vt altaris sacra mentum no serico aut panno tincto, sed puro lineo celebretur Mo numentum nouum e cor p gratiam innouatum de quo ps Cor mun dum crea in me deus e Excisum in petra i. in xpo vnde ysa 51 Attendite ad petram de qua excisi estis Vel in petra i. bonum propositi firmitate Pete ergo corpus iesu etiam si a pylato i. pes simo sacerdote corpus xpi recepere, no e timendum si nouum habes monumentum in petra excisum et si iozeph i. crescens sis in virtutibus et gradibus caritatis Si vero iozeph no sis i. caritate no proficere potius tibi credens negatum corpus iesu et Sz nota q aduenit nicodemus et attulit mixturam mirre et aloes duo enim sunt que in nobis sepeliunt iesum s. amor crescendi in gra hic e iozeph et timor deficiendi a culpa hic e Nicodemus qui interpretatur efficiens trinitate Qui in ergo corpore xpi non pascitur, no augmentatur in gra, sed magis deficit in pcta, sic sicut cibo sunt corporales cibum no crescit sed minus corpus sed potius deficit corporaliter Vel Nicodemum dr includes in dicium et sit propositum satisfaciendi, pro culpa enim qui solent quis hominem includi ne libere vagari queat ergo volentes

Mon[umentum]

et per satisfaccionem hoc penitentes non dicitur carnis desideria perficere
sed ipam mentis custodiam renis cohibere / Duo sunt theatrica quibus
dominus voluit involui sunt duplex mundicia mentis scilicet et corporis Duo
macta quibus condiri dicitur sunt germinata virtutum que sunt caritas pax
paciencia mansuetudo. Anxtura mirre et aloe que utraque est amara
est dura aritudo pro commissis scilicet et omissis / insinuatur dicitur quod neutra
sine altera sufficiat ad salutem Item 3 mirra et aloe et advolutio
saxi ad hostium monumenti signat cordis custodiam / hostium cordis
est os / saxum super hostium est silencium claudens os ne aptetur
ad multiloquia / et iesus .i. salus ab anima rapiatur ps posui ori meo
custodiam Tren sedebit solitarius et tacebit Vel hostium est
liberum arbitrium quod claudi dicitur ne ipsum ingrediens hostis .i.
peccatum auferat iesum .i. salutem anime perdat Magnum saxum est timor
domini qui salutem custodit Eccl .i. Timor dei custodia virtutum
et cohibet seu prohibet hostem Eccl .i. Timor domini expellit peccatum
Ergo sepeliamus iesum sicut mos est iudeis sepelire .i. vere con-
fitentibus ps confessio est iudeorum sanctificatio eius etc .i. confessio
Erant autem ibi mulieres xpo dilecte et odore eius suavissime
dulciter allecte Item .i. In odore unguentorum tuorum currimus. Hee di-
scipulis fugientibus remanserant Job .19. pelli mee consumptis carni-
bus adhesit os meum .i. os xpi fortitudo eius que pelli .i.
mulieribus adhesit. consumptis carnibus .i. fugientibus discipulis
ysa 63 Circumspexi et non erat auxiliator. per has tres
marias significantur tres ordines xpm sequentium Maria iaco-
bi qui supplantator dicitur significat incipientes quibus timet lucta
cum Esau .i. cum carne ut supplantet illum .i. subpeditata teneat
ne spiritum ducat Hec eciam est mater Ioseph .i. augmenti / Item n...
supplantat vicia eo virtutibus augmentatur Maria magdalena
dicitur turris et significat proficientes qui sibi turrim contra diabolum faciunt
de lapidibus bonorum operum. dum ea quotidie multiplicant
crescentes de virtute in virtutem / Maria Salome interpretatur pacifica
et significat perfectos qui pacem pectoris consecuti ad pacem eternitatis
aspirant Philip vel pax dei que exuperat etc hec eciam vocatur
mater filiorum zebedei qui interpretatur fugitivus. et signat eos qui
fugiunt mundum ut Jacob fugiens laban Contra quibus dicitur zach
2 / O O O fugite de terra aquilonis dicit dominus. O terra rotunda
rotunditate sua significat eternitatem sine perfectionem Triplex o est triplex
perfectio. cordis. oris. et operis / ad quam qui pervenire desiderat
iste hic terram aquilonis .i. mundum relinquere. ne fugiens peccati via
lestat / et profectus ad austrum Gen 20 Profectus abraham
ad terram australem Vita enim contemplativa pacifica propter cognitionem
sonus fulgorem et caritatem ardorem terra australis dicitur / Crudelis
caritas maria dicitur / quia in quolibet statu est amaritudo mentis / Diabolus
enim super patiens est rumpere frontes. Non si nos sine amaritu-
dine viret facilius occidit Ezech 9 Item non habent thau
in frontibus occiduntur Sequitur dubia

Hic ponuntur quinque dubitaciones prima utrum conveniens fuit xpm
sepeliri Secunda conveniens fuit ihm xpm sepeliri studiose et
honorifice Tercia utrum in sepulcro fuit corpus mineratum
Quarta utrum stetit in sepulcro tribus diebus et tribus noctibus
Quinta utrum preciosa et honorifica sepultura prosit defunctis
Ad primam est dicendum quod congruum fuit xpm sepeliri / non tamen in mo
numento suo sed alieno / non in veteri sed novo / non terreo sed
lapideo Sepeliri enim eum erat congruum propter resurgentis veri
tatem / quia ex hoc quod ponebatur in sepulcro ostendebatur vere
mortuus Non enim sepeliuntur homines nisi cum sunt mor
tui Unde nec pylatus permittere voluit xpm sepulture tradi
nisi cognito a centurione quod realiter esset mortuus Ergo et
veraciter mortuus iacens in sepulcro resurrexit dedit spem
omnibus mortuis in sepulcris iacentibus quod resurrecturi sunt
iuxta illud Joh v° Omnes qui in monumentis sunt audient
vocem filii dei et qui audierint vivent In sepulcro tamen
non suo sepultus propter utilitatem Dicit enim Augustinus quod ideo
saluator in aliena sepultura positus est quia non pro se sed pro
aliorum salute moriebatur ut propriam sepulturam non haberet
qui mortem propriam non habebat Vel hoc fuit propter paupertatem
ut sicut in vita non habuit proprium habitaculum / sic nec in morte
In sepulcro autem novo iacere voluit propter resurgentis veritatem quia
secundum Jeronimum si aliquis prius fuisset ibi sepultus credi potuisset quod
ille et non xpus surrexisset Vel ad ostendendum novum fu
isse virginis uterum in quo solus ipse xpus quievit et nullus
alius ab eo seu ante eum nec post eum In lapideo vero non terreo secundum
Augustinum quia dicturi erant iudei si sub terra fuisset positus subfoderunt
terram discipuli eius et furati sunt eum Ad secundam est dicendum quod in
sepultura xpi triplex diligencia et honorificencia est ostensa
Primo ex parte sepelientium Nam sepelientes xpm fuerunt
Nicodemus et Joseph et utrique fuit magne reputacionis
Hoc quia Nicodemus erat princeps iudeorum ut dicitur Joh 3 Et Joseph
fuit magnus in sanctitate quia vir bonus et iustus nec consense
rat consilio aut et actibus eorum ut dicitur Luc xxiii Magnus erat
in nobilitate quia erat nobilis et decurio ut dicit magister Unde
non aliter ut dicit Augustinus audacter introisset ad petendum
corpus ihesu cum esset eius discipulus occultus propter metum iudeorum
Nisi confidenciam habuisset de dignitate eius et familiaritate quam
habebat ad pylatum Secundo ex parte sepeliendi quia sepultus
est cum aromatibus sicut mos erat iudeis sepelire ut dicitur Joh
xix Super quo verbo dicit Augustinus quod in hoc monstrat [illegible]
ta in sepulture hominum morem uniuscuiusque patrie esse [illegible]

1

2

q sicut judei sepeliebant corpa cu aromatibus vt diu seruarent
illesa / sic xpus sepeliri voluit Tercio ex parte loci q in mo
numeto novo in orto posito / Et sic in orto padisi facta est
hominis dapnacio Sic in orto vbi xpus e sepultus facta e homis
redepcio / Quare aute talis diligencia et honorificencia seruata e
in xpi sepultura fuit supbie judeoru confutacio vt sic xpus in
morte ondit eius paciencia sic in eius sepultura ondit eius virtutez
et potencia qm con supbia interfectoru occidencium ipm sic hono
rifice et diligenter sepultus est et fidelium deuocionis excitacio
Plur enim mentes fidelium et ad exhibenda honorifica obse
quia desistitis excitate sunt cu legunt illa que pata sunt d sepl
tura xpi Ad tucam e dicendum q corpus hominis pt dupliciter
considerari Primo quantum ad elementorum composicionem Nam componitur
ex quatuor elementis / Et q constitutiue e plus de terra in corpe huma
no et pdñat tunc ideo oz ex hic q terre reddatur et substancia
sepeliatur Secundo quantum ad eius in vtero matris formacionem
Nam virtute seminis hominis et sedm phm quod semen hominis secundo est
quasi artifex in vtero matris fit membrorum corporis informacio
et organisacio / Et ex hoc corpus hominis resolubile e / q quod est
natu generabile e natu corruptibile et incinerabile / licet ergo de
ceteris dicere q xpus prim defectum accepit q corpus eius fuit sepul
ture traditum et terre redditum sed sedm no assumpsit q in vtero
virginis virtute spus sancti formatum / Vn sic no fuit corrabile
virtute nature sic nec erat incinerabile vel corruptibile / si tamen
diu stetisset q no fuisset suscitatum Dicunt alii q natur fuisset
putrefactum sic natur fuisset mortuus Semio si no fuisset
mortuus gladio dicunt sz pueniendo racione celeri natur vsq
ad tpus quo resurrexit potuit in putrefactibile remanere
Et propter aromata quibus conditus fuit preuentum a corruptibili
tate et propter locum frigidum in quo sepultus est / et propter tempus
frigidum q frigus erat Magis tamen pie credendum e q inmacu
latum fuisset q a putrefactione ~~immaculatum~~ preseruatum propter reue
renciam sanctificacionis q vt dictum est no virtute nature illud bñ
dictum corpus formatum e / Et propter virtutem vnionis q diuinitas
illi corpi erat personaliter vnita et si corpus destitisset fuisse
corpus destitisset fuisset personalis vnio / Et propter veritatem prophe
tice locucionis que dicit no dabis sanctum tuum videre corrupcionem
Ex parte ergo dei fuit q illud corpus no fuit corruptum vel
incineratum Ad qsita e dicendum q ambigua qsito de veritate mortis
ista dubitacionem q xpus dicit mathei xii sic fuit jonas in
ventre ceti tribus diebus et tribus noctibus sic erit filius hominis in
corde terre tribus diebus et tribus noctibus Et planum e q corpus eius in corde
terre vel in sepulcro no iacuit nisi duabus noctibus et vna die

integra, quia die veneris in sero positus est in sepulcro et die do-
minico mane surrexit, die ergo integra et duabus noctibus itaque
in sepulcro quievit, et satis congrue quia christus sua morte
nos a duplici morte ~~sua morte~~ liberavit spirituali scilicet et cor-
porali, non ut moreremur corporaliter sed ut non perpetue dampnare-
mur. Et utraque mors nobis debita erat ex peccato, ideo
ille due mortes a quibus liberati sumus significate sunt
per duas noctes quibus christus iacuit in sepulcro. Sed christus
licet mortuus fuit semel, non tamen fuit debitor mortis,
ideo mors eius significata est per diem integrum. Quod ergo
dicitur diebus tribus stetisse in corde terre ut dicit crvata
recurrendum est secundum Augustinum ad usitatum modum loquendi scrip-
ture ut totum accipiatur pro parte. Hora ergo diei veneris
cum nocte precedenti pertinet ad primam diem naturalem, et nox
sequens illa qua sepultus est cum tota die sequenti pertinet
ad secundam diem, et primo modo nox tercia usque ad diluculum
resurrectionis ad terciam diem pertinet secundum Augustinum. Ad quintum
est dicendum quod Augustinus movet hanc questionem seu dubitacionem in libro
pro mortuis agenda, ubi tribus modis ostendit preciosam et
honorificam sepulturam secundum se non prodesse defunctis. Primo
exemplo illius divitis qui honorifice in sepulcro marmoreo
sepultus fuit quantum ad corpus, et tamen anima eius sepulta fuit
in inferno, et lazarus vilis et sine turba famulorum et adeo
fuit corpus eius sepultum, et tamen anima eius recepta est in sinum
abrahe. Secundo exemplo martirum, quorum corpora canibus dila-
manda volucribus comedenda exposita sunt, cum tamen preciosa
dicatur preciosa in conspectu domini mors sanctorum eius. Tercio auc-
toritate christi dicentis Nolite timere eos qui occidunt corpus
quia animam non possunt occidere. Tercium quod videtur etiam probare
cultum exequiarum et preciosas et honestas exequias impendi
defunctis Sed etiam patres ut abraham Jacob et Thobias multum
diligenter mandaverunt eorum filiis de corporibus eorum sepeli-
endis et transferendis. Ideo possumus dicere quod preciose et honorifi-
ce sepulture seu exequie prosunt defunctis et prosunt vivis.
Nam defunctis prosunt propter pauperum sustentacionem, quia illa
que in talibus exequiis fiunt in cibos pauperum expenduntur
et ex talibus elemosinis anime defunctorum iuvantur et propter piorum
oracionem, quia monumenta dicuntur quasi monentes mentem secundum Augustinum unde ex
hoc quod vivi cernunt videntes monumenta suorum carorum revo-
cant ad mentem eorum dileccionem et pro eis rogant et elemosi-
nas faciunt. Tercio propter sancti apud quem sepeliuntur devocionem

qr cu quis eligit sepulturam aput aliquem sanctum patrocinio
illius sancti suam deuocionem committit. Viuis vero filiis sunt
tria profutura primo propter consolacionem quia videntes multos eos
associare et eis condoleri in morte eorum carorum credunt
se ab eis diligi et sic se amicos habere et sic eorum do
lor mitigatur. Vnde dicit Augustinus in supradicto libro quod pompe
exequiarum magis sunt viuorum solacia quam mortuorum sub
sidia. Secundo propter deuocionis eorum excitacionem, quia cum viui ex
quias celebrant deuote pro eorum defunctis firmam spem oste
dunt se habere de futura resurreccione. Vnde et Machabeus 12 scribitur quod vi
dens Iudas multos interfectos 12 milia dragmas argenti misit
Jerosolimam iuste et religiose de resurreccione cogitans. Tercio propter caritatis
dilectionem. Nisi enim corporibus mortuorum sepulture pararentur vide
rentur ipsa corpora esse despicienda et ex caritate non esse diligenda.

Altera autem die que est post parasceuen (quod finis est)
conuenerunt principes sacerdotum et pharisei ad
pylatum dicentes. Domine recordati sumus quia
seductor ille dixit adhuc viuens, post tres dies
resurgam. Iube ergo custodiri sepulcrum usque in diem
tercium. Ne forte veniant discipuli eius et furentur eum
et dicant plebi surrexit a mortuis et erit no
uissimus error peior priore. Ait illis pylatus
habetis custodiam, ite custodite sicut scitis. Illi autem
abeuntes muniuerunt sepulcrum signantes lapidem
cum custodibus. 2a pars. Post factum Ioseph introducitur
hic factum iudeorum. Ad detestacionem iudaice peruersitatis que
mititur ad infamiam domini per custodicionem corporis sui ubi tan
guntur tria. Primum est custodie peticio. 2m est peticionis
concessio ibi Ait illis pylatus. 3o militum apposicio, ibi Illi
autem abeuntes. Dicit ergo. Altera autem die que est post parasceuen
id est sabbato, quia feria sexta in qua passus est dominus dicta est parasce
ue id est preparacio quia in illa die preparabant cibaria pro sequenti die.
Conuenerunt principes sacerdotum et pharisei ad pylatum. Et non
sufficit scelus mortis nisi post mortem famam eius lacerent
dicentes domine recordati sumus quia seductor ille dixit adhuc
viuens post tres dies resurgam. Ecce dicit illi mundia est
que eciam proprium nomen non patitur et dicentes seductor. Et
quod ipsimet erant dicto imponunt, non sufficit seductoribus scelus
mortis etc. Est enim autem seductio duplex scilicet bona et mala. Prima est
seductio scilicet a falsitate a falsitate in veritatem de qua dicit Jeremias

Seduxisti me domine et seductus sum. Alia est seductio peruersitatis
sicut a veritate in falsitatem et hanc imponunt iudei xpo. Vnde
Iero. principes aut sacerdotum licet innocentem sua factione in necem
domini perpetrauerunt tamen non sufficit eis nisi etiam post mortem eius
concepte nequicie virus emittat seu exerceat famam eius
lacerantes et quem innocentem fatebantur seductorem vocant.
Cuius aut Cayphas ignorans an prophetauerit dicens expedit
vnum hominem mori pro populo et non tota gens pereat
sic et nunc. Seductor enim erat Ihesus non a veritate in errorem
mittens sed a falsitate in veritatem, a vicijs ad virtutem, a mor
te ad vitam ducens. Hec Iero. Iube ergo custodiri sepul
crum ne discipuli furentur eum et dicant aliis quod surrexit a
mortuis. Stulti custodiam petunt qui in sepulchro teneri vale
at qui vbique est et omnia continet. Vbi Ambrosius: Consilia malicia
sacerdotum qui non tantum magistro sed etiam discipulis detrahebant.
Et erit nouissimus error peior priore. Vbi Raba. In hoc
aut ignorantem suam dicunt peior enim fuit contemptus penitentie
in iudeis quam error ignorantie, peior erat infidelitas re
surrectionis quam crudelitas passionis. Consitentur ergo palam
quod prius fuit error in domini nece. Vbi et Cris. Vide
aut qualiter etiam nolentes concertant ad demonstrandam veritatem.
Irrefragabilis enim demonstratio resurrectionis facta est per ea que
pretenderunt. Cum enim custodia esset sepulcrum ● fraus est
facta, si aut fraus facta non est manifeste et irrefragabiliter
dominus resurrexit. Hec Cris. Pylatus nunc iam fatigatus dixit eis
habetis custodiam, id est do vobis licentiam ponendi custodiam seu cu
stodes et concedo quod accipiatis milites ad custodiendum eum pro
vestra voluntate. Ite et custodite sicut scitis. Et dicit Rem.: Cum resur
gere male possitis custodire. Quam impius et fatuus erat Py
latus qui sic xpm permisit occidi, ita et custodiri eum mor
tuum adiudicat, eis etiam custodes dedit. Qui abiunt illi et venien
tes illuc primo corpus eius inspiciunt, et eum qui auctor vi
te claruerat in inferni claustris retentum se deprehendisse
letantes sepulcrum muniunt, milites armatos custodes
ponunt, lapidem qui erat in hostio monumenti vel accessus
in sepulturam erat sigillo presidis et etiam sigillis suis signant
ne aliquis sine scitu eorum ingredi possit et diligenter
omnia faciunt et in hoc apparet malicia eorum quod etiam in custo
dibus non confidunt sed insuper sigilla apponunt. Hoc aut totum
voluit dominus fieri propter maiorem certitudinem resurrectionis
sue vt et ipsi iudei inimici nolentes sibi tamen testes sint dominum re
surrexisse et illos positum sit fraudari potuisse. Non est enim consilium

nc sapiencia nc fortitudo con dnm / Et recte in tali loco se
pulturam suam elegit dns ubi nulla possibilitas fodiendi erat
quibus omnem occasionem calumpniandi iudeis auferret ne forte
si in terra terre conclusus esset vel quolibet pariete dicerent ipm
discipulos illius furatos eum fuisse / Unde ierom / Non sufficerat
principibus sacerdotum et scribis et pharisceis crucifixisse dnm
saluatorem nisi sepulcrum custodirent cohorte accepta et si
gnarent lapidem / et quantum in illis est manum apponerent re
surgenti ut diligencia eorum nre proficeret fidei quanto enim dili
gencius seruatur tanto magis resurgentis virtus ostenditur Unde
et crisostomus / Et in durissimo lapide fuit excisum et grandis
lapis positus est ad hostium et custodia posita militum dum
ibi ut quanto forcius seruatur ne furari possit tanto forcius
seu magis virtus dei appareat cum resurrexerit / Si enim se
pulcrum fuisset in terra dicere poterunt suffoderunt terram et fu
rati sunt eum / Si fuisset lapis paruulus positus dicere poterant
paruulus lapis fuerat et dormientibus nobis tulerunt eum
Et ideo diligencia scribarum prodest fidei nre / Custodite pha
risei seruate deus includi non potest deus in sepulcro non potest
qui fecit celum et terram cuius in pugillo terra est et celum qui
appendit mundum in tribus digitis uno sepulcro non pot
contineri / Unde etiam hylarius / Metus furandi corporis et sepul
cri custodia atque obsignatio stulticie atque infidelitatis te
stimonium est eum prius precepto domini conspexerunt de sepulcro
mortuum suscitatum / Pylatus autem ponticus pinosus in multis
apud Tyberium cesarem a iudeis accusatus deportatus est in ex
ilium Lugdunum unde erat oriundus / Herodes vero qui consensit
pylato in nece domini deportatus est in exilium viennam et ibi
mortuus est

Unde fuit pylatus

Herodes ubi obiit

Epilogus passionis

Considera nunc que pro salute hominis omni tempore et specialiter
hodie passus est dns ut inde aduertas quantum sibi debeat quilibet
xpianus / Hec enim que pro nobis passus est omnia que operatus est
valde amabilem eum nobis reddunt et nos ad eum amandum
forcius astringunt / Unde Bernhardus / Valde omnino in amando est per que
sum viuo et sapio / Pro hiis ergo ita sum amabilis te quantum pos
sum / Sed est quod me plus mouet plus vrget plus accendit
Sup omnia magis reddit amabilem te in ihesu bone calix quem
bibisti opus nre redempcionis / Hoc omnino amorem nrm facile
vendicat totum sibi hoc inquam est quod nram deuocionem et blan
dius allicit et iustius exigit et arcius stringit / et afficit vehe
mencius / Multum quippe laborauit in eo saluator / nec in omni
mundi fabrica tantum fatigacionis auctor assumpsit / Illa de eius

dixit et facta sunt mandavit et creata sunt At vero hic et in ductu
suis sustinuit contradictores et in factis conductores observato
res et in morte exprobratores Et item memento iam homo
et si de nichilo te factum non tamen de nichilo te redemptum
Sex diebus condidit omnia et te inter omnia ac vero per
totos triginta annos operatus est salutem tuam in medio terre
o quantum laborat sustinens hec illos scilicet Bernhardus Et Ambrosius presbiter
itaque in mi contulit deus redimendo quam creando Creando
quippe me mihi dedit redimendo autem et seipsum dedit et me
mihi reddidit itaque si me totum illi debeo pro me facto quid
iam addam pro me refacto Non enim tam facile sum refactus
quam factus Siquidem de omni quod factum est dixit et facta
sunt me autem reficiendo et dixit multa et gessit mira et
pertulit dura nec tamen dura sed etiam indigna Secundum Ambrosius Non
est autem estimandum quod passionis sue pena in eius sola cap
tione et traditione fuit inchoata sed potius ab instanti sue con
ceptionis usque ad mortem eius duravit Cum enim mortem suam
acerbissimam quam pro salute mundi pati voluit firmissime
presciuit et eam infallibiliter futuram cognosceret oportuit quod qualibet
hora pro ea valuit dolere presertim tantam mortis acerbi
tatem et tantam doloris generalitatem que per totum corpus et omnia
membra corporis et omnes vires inferiores anime diffundi debe
bat Multa vero de hiis que dominus passus est pro nobis
colligi possunt ex verbis Augustini dicentis Attende et intellige
anima mea tempus beatissime passionis passus est meus
amor dulcis dulcedo mea spes mea beatitudo mea con
solacio mea in omni tempore in toto corpore et in omni suo opere
In tempore infantie angustias vite paupertatem asperitatem et hu
militatem presepii persecutionem adversarii fugam Egipti In tempore
adolescentie disputationem predicationem In tempore iuventutis ama
rissimam et turpissimam passionem passus est eam in toto
corpore In oculis effusionem lacrimarum in auribus auditum
contumeliarum et blasphemarum in genis molestiam alaparum
In naribus fetorem sputi in ore amaritudinem aceti in ma
nibus afflictionem plagarum et in manibus et pedibus vincla
in toto corpore flagellationem passus est Et in opere detraxe
runt operationem predicationem conversationem maliciam operationem Tra
ditur et ligatur iustus et innocens sicut agnus ad sacrificium
sicut latro ad suspendium et tamen non querit vindictam non
ostendit impatientiam immo arguit petrum amputantem auri
culam cum posset obtinere a patre legiones angelicas duode
nas ligatur ergo sicut latro clausus ut latro condempnatur ut latro

depellit vt latro plectit inf latrones, ut princeps latinu ligaris domine vt soluas vincla pctorum vt dissoluas col ligatos impietatis et fasciculos deprimentes, pungeris bone iesu spinis clauis et lancea, vt sit in nobis recta intencio discreta opacio, manifesta dilectio, flagellaris vt a me fla gella tue iracundie repulsaris, vulneratus es domine ihu propter pcta mea vt sint plage tue nrorum vulnerum efficax medi cina Tempus eciam dulcis ihu tuam aggrauat passionem, passus enim es tempore nocturno frigido festiuo In matutinis castigatus in mane accusatus, in tercia acclamatus, in sexta condempnatus, in nona cum clamore et lacrimis expirat plange ergo et dole et sathage anima mea et deducant oculi tui lacrimas et non taceat pupilla oculi tui super fratrem tuum decorum nimis et amabilem super amorem mulierum qui vestiunt te coccineo et prebuit tuo cultui ornamenta Dolebis enim si consideraberis lacrimas mulierum lacrimas piscatoris lacrimas insensibilium si videas obtenebracionem solis vt celaret membra domini pa cientis, terre motum scissionem lapidum resurreccionem corporum apercionem monumentorum et veli dissolucionem lacrimas parentis et lacrimas genitricis, Dolet enim beata virgo mater de prodicione et capcione de condempnacione de crucifixione potissime in condempnacione et deposicione, locus eciam tuam bone ihu ~~magg~~ aggrauat passionem passus est enim dulcis ihus in presepio in deserto in templo in hospicio in itinere in orto in atrio in pretorio in loco crucifixorio In presepio indigenciam, in deserto pugnam, in templo resistenciam, in hospicio obseruanciam detentoriam, in itinere fatigacionem et molestiam, in orto sudorem sanguinis osculum et osculum proditoris vexacionem corporis comprehensionem et ligacionem cohortis, in atrio interrogacionem, alaparum afflictionem, trinam negacionem, ~~alaparum afflictionem~~ accusacionem, et in faciem conspu unt, colaphis cedunt, in faciem palmis percuciunt insultando et illudendo prophetisa nobis dicunt, in pretorio iniquitatem testium, et ac cusacionem infidelium amarissimum flagellum iniquum iudicium illusionem persequitur Et vide peruersitatem nimiam iniquitatem pessimam Iudicatur iudex deridetur rex, cruciatur pontifex, vide iniquum iudicium ex parte testium quia non conueniunt ex parte rei quia accusatur innocens Defuit eciam in isto iudicio rectitu do animi, Sciebat enim quod per inuidiam tradidissent Defuit eciam iusta causa, quia non culpa propria sed aliena, Iusticie ordo quia

xxviii

capit' et ligat' an sententiam Admittit pylatus accusatorem flam' condempnat innocentem ad crucis ignominiam Erubesce pylate iudex inique quo vincere superat subuertere seducere qui prius eum eripere conabaris contra iure consuetudine loci flagello corpus Erubescite infideles perfidi iudei qui virginem virginum corpus crucifigitis et percutitis / plectitur in loco crucifixorio patitur namque dei filius amor eternus sincerus dulcis et suauis in mulieribus plangentibus in iudeis infidelibus in latrone blasphemante in populo acclamante in matre lacrimante Attende etiam et intellige anima mea genus mortis sue Illud enim genus mortis fuit turpissimum vilissimum amarissimum acerbissimum Spoliatur in vestibus expellitur a ciuibus cruciatur cum latronibus / illuditur a militibus Illuditur in domo herodis in veste candida in domo principis colaphis sputis alapis / in pretorio iudeis in veste purpurea in corona spinea in salutatione in genu flexione irrisoria in kathedra crucis in tytulo in consorcio in multiplici obprobrio fuit etiam amarissima si consideres causalitatem generalitatem diuturnitatem et acerbitatem Causa enim non est tua sed mea domine ihesu / Tu enim solus iustus absque macula passus es generaliter vt videas igitur anima mea generalitatem hanc Vide lectum sponsi non est floridus non est aureus vel argenteus sed durissimus / nescit enim stramina deesse culcitra lintheamina coopertoria pulinaria Vide tytulum famosum triplicem a pylato conscriptum / considera cibum eius et potum comitatum eius scilicet mulierum et latronum verba et verbera vincula et flagella coronam et lanceam passus est etiam in omnibus partibus corporis / vt miam redemptoris amoueret transgressionem preuaricatoris Acerbitatem etiam sed bone iesu passio tua propter innocenciam ex parte tui / excecacionem et ingratitudinem ex parte populi / et propter complexionem ex parte corporis / compassionem ex parte matris / et tui dilecti collegii / quia pateris in partibus magis passibilibus et sensitiuis quod accidit propter raritatem et teneritudinem carnium multitudinem ossium et collectionem neruorum Pateris igitur domine deus meus dux meus et notus meus in latere manibus et pedibus vt accelerares hominem originalem actualis et criminalis criminis medicinam / Dedisti etenim domine ihesu christe sanguinem tuum in precium redempcionis in potum fidelibus inebriacionis in lauacrum coinquinacionis in antidotum curacionis / in salutem

cp̄titis impugnacionis · fuit igr̄ bone ihu lectus tuus duris
simus · cibus et potus amarissimus · status singlaris et acer
bissimus / nec reuocat te nec retrahit tenerrimus amor mris · aut
pudor turpissime mortis / non pudor spoliati corporis · nō
dolor singlaris aut fallacia sponsionis / qr indutus es ve
ste nupciali · instructus lege legali · armatus armatura spūali
Egredē igr̄ filia syon et corde gl̄am Salomonis · in equitatura
in ramis in vestibus et laudibus Quō ergo emarcuit
titm tito flos gl̄ie tue cumbra honoris tui Mirum quer
tit honorem in obprobrium dulcedine in absinthium Portas
etem crucem in humeris spoliaris vestibus tuis cruciaris
flagellis saciaris obprobrijs de vrbe expelleris Vide nunc
sapientiam salomis · De parte tpis passus est Item sexta
feria hora sexta vt hominem lapsum sexta hora et die per
mortem suam repararet · A parte modi hoc enim opus nre sa
lutis ordo deposposcerat Vide et paciencia Ipē etem tanquam
agnus qui portatur ad victimam et sic ouis ad occisionem
ductus est Vide eius humilitatem qr dampnatur cum latronibus
Vide caritatem qr indulget crucifigentibus vide et paupertatem pau
per enim fuit et in laboribus · paupertatem tuam ostendit in
ihu paup mr̄ tua familia tua · domus tua domus mihi pre
sepy tenaculi et tumuli / equitatura tua asine et pulli vbi
sunt insignia tua Rex regum princeps pastorum vbi est equitatura
tua vestis purpurea pallacium sceptrum solium et dyadema
regum vbi sunt ornamenta tua sacerdos meus et ponti
fex futurorum bonorum vbi sunt pontificalia (anulus) et gema
baculus et cappa serica cyrotece et sandalia vbi sunt
arma bellica fortis armate et miles noive Non defuit
tibi in gl̄a alapa vestis alba et purpurea nō defuit
pugna · supasti mortem et latronem · spoliasti infernum ora
spoliantem in funda conuictorum · in lapidibus quinque vulnerum
in baculo crucis · vbi sunt codices tui mgr̄ optime liber tuus
corpus tuum scriptus intus et foris scriptus spinis et clauis illu
natus vnda sanguinis ligatus clauis vinculis signatus clauis
Attende et huius mortis diuturnitatem et compositiones
acerbitatum et pone eum super cor tuum sicut signaculum int
vbera tua sic fasciculum sic antidotum contra omnem morbum
Ascende super palmam cr̄is compassionis meditacionem
compassionis imitacionem ac apprehende dulcissimos fructus

eius Vade ego o anima ad montem mirre et considera al
titudinem paupertatis latitudinem caritatis longitudinem pene
acerbitatem amaritudinem et dolorem mortis et affer
ramum virentis olive ad archam tue consciencie Accipe
eciam columba mea granum frumenti seminatum in incarna
cione in terra virginis gloriose passum in circumcisione excus
sum et flagellatum in passione candidum in mente rubicun
dum in corpore diuisum in latere multiplicatum in morte re
conditum in horreo in ascensione hoc sit tuum edulium pul
mentum et cibarium. Si autem fastidit appetitus Si lacescat in
terior gustus adhibe agnum immaculatum adiunge et pi
scem assatum in craticula crucis Revera bone iesu agnus
es et propter tuam mediacionem paciencia et innocencia atque no
ticiam agnoscis quippe matrem tuam in patibulo virginem
virgini ewangelista ewangeliste commendasti Si autem amplius
desiderat gustus tuus si non quiescat appetitus fac pulmen
tum de pisce assato vt comedas. piscis assatus christus passus
est nutritus in aquis tribulacionis apertus in latere exq
matus(?) in spoliacione salsatus in sputorum multiplicacione
assatus in cruce / huius felle piscis vnge oculos tuos vt
videas si est dolor sicut dolor eius Si contingit pro eruditione(?) sta
re in acie accipe scutum milicie vexillum victorie circum
cise Scutum hic quod miles contra hostes debet accipere propter fi
guram picturam efficaciam et maciam(?) crux domini arbor sa
lutifera est huius scuti cornua in manibus crucifixi Tria
enim cornua tria excipiunt prelia Cornu enim paupertatis superat
avaricie prelium, cornu humilitatis pugnam superbie / sed cornu
aduersitatis lasciuiam voluptatis Istud scutum fuit ru
bricatum et picturatum sanguine veri agni Istud scutum
fuit perforatum lancea clauis et spina Si autem nodum ple
ne vales resistere vide arcum et benedic qui fecit illum Iste
arcus habet cordam ex corpore lignum ex cruce Iste arcus percus
sit latronem mortem et vulnerauit mortem hostem antiquum
serpentem Sed ne inermis et imparatus appareas precedit
vexillum regis cuius ostendatur sanguis christi militibus
vt in prelium accedant et non formidabunt fortis armatus
Si insurgat flatus elacionis ventus tribulacionis nau
fragium suggestionis ascende in naviculam scilicet crucis be
ne omnibus refertam in dextro latere perforata ab hostibus
violenter detracta cathena vinculorum ligata Cum hac

inveniens filiu dormientez ventis impantez et omo nav fragiu ppulsatem p hanc fugiis piclin et appopinqs bis ad portu optim / ipa em crux scta e lignu exiguu p quod fitm e indiciu vitatis Si sit tibi clausa ianua pa disi adhibe tibi baclm scte crucis et pulsa et aparietur Si aut hostiu clausu e et iam dormiut pueri in cubili et no habes quod ponas an amicu tuu accede ad archa scte crucis vt inde tres panes accipies quos apponas hospi ti venienti pane humilitate maxime pane pacie panez caritat affluentissime Si no potes tibi thezauru sapie apire adhibe clavez david que apperit et nemo claudit Si grvat longitudo itineris et conadit velitas tuus et desperas de viribus accipe virga et baclm scte crucis quo iordane transeas huius mudi et viaticu ligni vite ne in via deficias aut torpescas Si viator in solitudie huius mudi et serpentes ignitī con te morsu et morte intentat aspice serpentez eneu positu sup paliu ne antiq serpentis virus inficiat vel irripiat Si spus malus quēq accipiat arripiat citharam scte crucis et refocillabit melius qz habebit / Si invaluerit egritudo seu infirmitas spu alis adhibe tibi huius preciosi sanguinis medicinā Si despe ras ex intus et videas tua opa tibi neqz sufficere de scā tera crucis accipe decoru sui ciazu / et accipe in ara crucis hostiā immaculatā costiam ab opibus mortuis emida tem Demqz crux scta et bndicta e in xpi corpe dedica ta et ex eius mebris tamqz margaritis ornata decorata regis purpa que meruit mebra xpi tangere que so la digna fuit regem celoru et dnm sustinere Hougtz

Vn btus Andreas ductus ad crucem et videns ea erupit in laudez crucis et salutat eandez dicens Salue crux que in corpe xpi dedicata es / et ex mebris eius tamqm margaritis ornata / Antequ in te ascenderet dns timorez terrenu habuisti Nunc vo amorez terrenu obtineas p voto suscipie / Securus g̃o et gaudens venio ad te ita vt et tu exultane suscipies me discipulu eius qui pepe dit in te Quia amator tuus semp fui / et desideravi amplecti te / o bona crux que decorez et pulcritudinez de mebris dom suscepisti diu desiderata et iam con pisenti animo ppatata accipe me ab homib; z redde me

Ungro meo ut per te me recipiat qui me per te redemit
De laude eciam crucis sic dicit Crisostomus Si nosse desideras caris
sime laudem crucis seu virtutem et quanta est possum ad
eius laudem dicere Audi crux nobis tocius beatitudinis causa
est hec nos a cecitate erroris liberavit Hec a tenebris red
didit luci hec debellatos deo coniunxit hec longe constitutos p
proximos prestitit hec peregrinos cives ostendit Hec discordie
amputacio est hec pacis firmamentum hec bonorum omnium ha
bunda largicio Crux enim est clavis paradisi, crux est spes
xpianorum / crux resurreccio mortuorum / crux cecorum dux, crux
errancium via / crux claudorum baculus / crux pauperum consolacio
crux refrenacio divitum / crux destruccio superborum / crux male
viuencium pena / crux adversus demones victoria / crux de
victo dyaboli / crux adolescencium pedagogus / crux sustentacio
inopum / crux spes desperatorum / crux navigancium guberna
tor / crux periclitancium portus / crux obsessorum murus
crux orphanorum pater / crux defensor viduarum, crux iustorum
consiliarius, crux tribulatorum requies / crux parvolorum
custos, crux seniorum caput / crux senum finis / crux lumen in
tenebris sedencium / crux regum magnificencia / crux scutum per
petuum, crux insensatorum sapiencia / crux libertas servorum / crux
imperitorum philosophia / crux imperatorum lex, crux prophetarum promissio
crux annunciacio apostolorum, crux martirum gloriacio / crux monachorum
abstinencia / crux virginum castitas / crux gaudium sacerdotum, crux
ecclesie fundamentum / crux orbis terre tutela / crux templorum de
struccio / crux ydolorum repulsio / crux scandalum iudeorum
crux perdicio impiorum / crux invalidorum virtus / crux
egrotancium medicus / crux emundacio leprosorum / crux pa
raliticorum requies / crux esurencium panis / crux sicientium fons
crux nudorum proteccio hec Crisostomus Unde et Rabanus Cernitis
et quales fructus lignum sancte crucis germine suo proferat
dignum est commemorare Cuius fructus eternus est et radix per
petua / cuius odor mundum replet et sapor fideles saciat, cuius
splendor solem superat et candor nivem obfuscat Cuius ca
cumen polum excedit et cuius infimum infernum penetrat
cuius humilitas h infirmitas humilia exaltat, et cuius pote
ncia humiliata exaltata humiliat / Omnium virtutum iocunditas per
ipsam et in ipsa mundo collata est quia in ipsa rerum perfeccio
completa est Unde Christus insinuatur quia morte redempcio facta mo
rum conversacio intimatur / ostenditur virtutum perfeccio / permittitur
ad eternam vitam resurreccio eterne vite beatitudinis speratur adepcio.

(margin:) de laude crucis per doctores

et vere felicitatis acquisicio O uere bona et vere sancta crux
xpi quis te rite totam enarrare potest aut quis condigne
laudare que celestium archanorum prima es reuelatrix que
ministeriorum dei prima es seu sacra es conseruatrix que quod saluatore
xpi ydonea es conseruatrix In te angeli gaudia sua ac
cumulata conspiciunt In te homines uera salutis sue cogno
scunt In te seui suam retribucionem iustam fraudis sue
recipiunt Omnibus es equa omnibus bona omnibus iusta pre
terita renouas / presencia illustras / futura premonstras / perdita
requiris / quesita inuenis / inuenta custodis / lapsa resti
tuis / restituta gradu munis / munita in via pacis dirigis
Tu quidem eterni regis es victoria et celestis milicie leta
triumphatricis potencia / tu peccatorum es remissio pietatis ex
hibicio et meritorum exhibicio augmentacio Tu infirmorum
remedium / laborancium auxilium et lassorum refrigerium
Tu sanorum incolumitas / quietorum serenitas / et fortu
natorum felicitas Tu cura egrotos medicans / tu gaudium
mestos consolans / tu sanitas dolentes letificans / tu sta
tus credencium recte / tu firmitas operancium bene / tu stu
dio operancium perseuerancium vite Sancta prima bona iusta be
nigna racionabilis laudabilis venerabilis amabilis for
tis suauis mitis sapiens paciens potens Cuiusque quo cor
de digne de redempcione nostra potest cogitari nec quisquam lin
gwa rite loqui omnia ad laudem tuam decentissime pru
aptari / quia quicquid in te laudatur crucifixo in te regi xpo de
putatur Et quicquid xpo honoris datur ad reuerenciam summi patris
cuius ipse unigenitus filius est refertur Et iterum gran
dis consolacio fidelium est spes sancte crucis / et maxima tribuit
laudis quod bonitate nos fecit suo creatore Crux xpi via
est iustorum ascensus ad celum rota de infimis ad superiora
nos trahens celi dux et ianua regni huius pars erecta sur
sum et transuersa commendat amorem supernum fraternum Cuius amore
integritatem sepius nos ostendit ac suo exemplo nos instru
xit qui dilectam animam suam in cruce moriens pro amicis suis
posuit et nos idem facere docuit hunc amorem / O deus
semper amabilis tu pone in me ut timor noxius atque
carnalis affectus procul recedant a me ut gloria sancte
crucis aucta et multiplicata mecum in vera promissione
digna quod laude meritum persistat Spacium in carmine
et amore venerabilis semper laus eius in ore meo et

in corde exultacio sempiterna permaneat Vos quoque precor
celestes plebes angelorum animas quoque iustorum qui in con
spectu diuine maiestatis veraciter exultatis vt sicut alleluia
sine cessacione et carmine deo xpo metrum cantatis. ita
quoque nostram sortem precibus adiuuare studeatis / quibus bti
dinem veram qua tenetis iam perfecte tandem et vos
per graciam xpi merear recipere (Hec Rab et Cassiodor)
Crux est humilium inuicta tuicio / superborum abiectio, vi
ctoria xpi / perdicio diaboli / infernorum destruccio / celesti
um reformacio, mors infidelium, vita iustorum / Et vt
ait Jeronimus / ligno hoc venimus per mare vndosum ad terram
viuencium De hiis eciam que passus est dominus quasi con
cludendo cum gradum accione et oracione vt dicit Augustinus Ex
pergiscere nunc anima mea, excute de puluere et contemplare
attencius virum hunc memorabilem quem ecce in speculo
euuangelici sermonis quasi presentem intueris. Cognosce anima
mea cognosce quis hic est dominus iesus xpus creator et salua
tor tuus vnicus dei filius deus verus / verus homo
qui solus sub sole inuentus est sine macula Et ecce quomodo
cum sceleratis reputatus et quasi vir leprosus et nouissimus
virorum estimatus / et tamquam abortiuum quod proicitur ab
vtero et nemo curat sic proiectus est ab vtero matris sue
infelicis synagoge Iste formosus pre filiis hominum quasi
deformis de pre filiis hominum factus est Siquidem vulneratus
est vulneratus propter iniquitates nostras attritus est propter scelera
nostra et factus est holocaustum suauissimi odoris in con
spectu tuo pater eterne vt auertat indignacionem tuam a no
bis consedere sibi nos faciat in celestibus Respice domine
sancte pater de sanctuario tuo et de excelso celorum habitaculo
et intuere hanc sacrosanctam hostiam quam tibi offert ma
gnus pontifex noster sanctus puer tuus dominus iesus pro pec
catis fratrum suorum et esto placabilis super multitudinem
malicie nostre Respice domine in faciem xpi tui qui tibi
vsque ad mortem obediens factus est nec recedat ab ocu
lis tuis cicatrices eius imperpetuum vt memineris quantam
pro peccatis nostris satisfaccionem ab eo susceperis / Vtinam domine appendas

in statera peccata quibus iram meruimus et calamitatem
quam passus est pro nobis innocens filius tuus. Certe
hec grauior apparebit et magis digna vt propter ipsam effun
das misericordiam tuam super nos quam sint ista peccata vt pro il
lis contineas misericordias tuas. Gratias tibi domine pater referat omnis
lingwa super habundancia pietatis tue qui vnico filio
tuo non pepercisti sed pro nobis illud tradidisti in mortem vt
tantum tamquam fidelem aduocatum haberemus in celo coram
te. Et tibi domine ihesu zelotes fortissime quid graciarum, quid
retribucionis digne tribuam ego puluis et cinis et vi
le figmentum. Quid enim pro nostra salute facere debuisti et
non fecisti ab ymo pedum vsque ad summum verticis te totum
in aquis passionis demersisti / vt me totum de illis eriperes.
Nam et animam tuam in mortem perdidisti vt meam
in perditam redderes et ecce me duplicia merito debito obli
gasti. Nam et pro eo quod dedisti debitor sum et pro eo quod
mei causa perdidi debitor sum. Et pro mea anima quidem
bis a te data semel in creatione semel in redempcione quid
magis tibi magis iuste reddam quam ipsam non habeo.
Pro tua autem preciosa anima ita tribulata quid ab hoc
digne rependi possit non inuenio. Nam si celum et
terram et omnem ornatum eorum possem rependere certe
nec sic vsque ad mensuram debiti collateraliter attingerem. Et
si idipsum quod et debeo et possibile michi est tibi domine
retribuam donum tuum est. Diligendus igitur michi es toto
corde tota anima tota mente et tota michi sequenda ve
stigia qui mori dignatus es pro me / et quo fiet hoc in
me nisi per te. Adhereat anima mea post te quia tota
virtus eius pendet ex te. Et nunc domine redemptor
meus te vt verum deum adoro in te credo in te spero et
quibus possum desideriis ad te suspiro. Adiuua imper
feccionem meam ad tue passionis gloriosa insignia in
quibus salutem meam operatus es me totum inclino tue
victoriose crucis regale vexillum in nomine tuo christe adoro.
Tuum spineum dyadema tuosque rubentes sanguine cla
uos tuo sacro lateri immissam lanceam tua vulnera tuum san
guinem tuam mortem tuam sepulturam tuam victoriosam
resurreccionem et glorificacionem christe adoro supplex et glori
fico. Horum per contuitum adoro spiritum meum a peccati mor
te resuscita horum virtute conserua ab astucijs sathane

me custodi me qz conforta vt et iugu mandatoru tuoru
suaue m fiat et onus crucis quod baiulare me iubes
post te humeris anime mee leue sit atqz portabile esse
enim fortitudo mea ut iuxta preceptum tuu mundi pressuras
tam multiplices inuicto animo sustineam Sz audi que
so vocem meam et inclina super seruum tuu suauez
crucem illam que lignum vite est hiis qui apprehenderint il
lam Istam inquam diuinissimam crucem humeris meis
impone cuius latitudo est caritas super omnez creaturaz
se extendens. cuius longitudo eternitas / cuius sublimitas
omnipotencia cuius profundum inscrutabile est sapiencia Confi
ge illi manus meas et pedes meos et totam passionis
tue formam seruolo tuo imprime Da queso m continere ab
operibus carnis que odisti et facere iusticiam quam dilexisti
et in vtroqz viam querere gloriam et sinistram quidem meam
clauo temperancie dextram vero clauo iusticie in illa sub
limi cruce affixam arbitror Da menti mee iugiter me
ditari in lege tua et deinde cogitatum iactare in te / et
dextrum pedem meum eidem ligno vite clauus prudencie
affigat. Da vt instram spiritus mei sensualitatez non e
neruet labentis vite infelix felicitas nec conturbet
prosperitas vite presentis peritura felix infelicitas Et sinister quoqz
pes meus clauo fortitudinis ete tenebitur Vt autem et spi
narum tui capitis aliqua in me similitudo appareat Detur
obsecro menti mee et salubris penitencie compunctio et alme
misericordie compunctio passio et stimulus zeli emulantis illud
quod rectum est coram te et ad te conuertat in crucifixione
mea domine triplex m configitur spina libet vt spongiam
per ariditatem ori meo porrigas et aceti amaritudinez
gustui meo adhibeas vt per spirituales tuas donum mee
conferas gustare et videre quoniam florens hic mundus
tanquam spongia inanis est et omnis concupiscencia eius
aceto amarior Ita pater in me fiat vt calix iste aureus
babylonis inhebrians totam terram nec meam splendo
re seducat nec sua dulcedine inhebriet Tue quoqz viuifice
mortis domine effigiem facias in me seruum tuum vt mo
riar quidem peccato secundum carnez / viuaz autem iusticie secundum spi
ritum Vt autem integraz crucifixi ymaginez portare me
glorier illius quoqz quod post mortez tuaz inhianabiliter mala
impiorum in te exercuit hanc in me similitudinez exprime

Solueret cor meu vivus et efficax sermo tuus penetrabilior omni lancea acutissima et pertingens usque ad interiora anime mee producat ex ea tanquam ex dextro latere meo vite sanguis et aque amorem tuum domine et fratrum meorum Postrema munda syndone prime stole spiritum meum inuolue in qua requiescam ingrediens ad te in locum thabernaculi ammirabilis ut abscondas me donec pertranseat furor tuus Tercio autem tercio post diem laboris post diem simplicis glorie mane prima sabbati perpetuo me filios tuos me indignissimum suscita ut in carnea gaudeam claritatem tuam et adimplear leticia vultus tui hec Unde ymaginem itaque crucifixi secundum modum premissum portans in te ora et conare ut spiritus tuus inuoluatur syndone munda puritate et innocencie in qua absconsus a mundi vanitatibus sepeliaris in secreto mentis tue et ibi requiescas in meditacione passionis domini mortuus quidem mundo et viues deo Et hoc aperte signatum est ubi dicitur Et precio sanguinis christi emptus est ager figuli in sepulturam peregrinorum Ubi dicit glosa Et sepultura christi nil aliud est quam requies christianorum Et tunc cor tuum debet sigillari sigillo passionis christi et clausum teneri ac custodiri Deinde sic sepultus in secreto mentis tue ab omnibus vanitatibus gloriosum triduum mortis christi peragas Quorum primus est dies afflictionis et pene et pro omnibus commissis uel obmissis deo voluntarie satisfacias Secundus dies est quietacionis et gracie quod in solo deo requiem ponas quia in eo solo pax inuenitur et tranquillitas Tercius dies est prima cionis et glorie ut eius visionem et amplexum feruenti desiderio iugiter concupiscas Quibus exsaciatus in mane prima sabbati hoc est in futura vita perpetua inter filios et electos dei glorie resuscitere et in carne tua videas gloriosam humanitatem christi In spiritu autem beatifice contempleris inestimabilem claritatem dei et per hec adimplearis perpetua leticia vultus eius

cam 28

Vespere autem sabbati que lucescit in prima sabbati venit maria magdalena et altera maria videre sepulcrum Hic agit de christi resurrectione et ad eius probacionem adducit multiplex testimonium

Et superius ostendit evangelista xpm esse salvatorem a culpa scilicet per passionem suam. In hoc capitulo ostendit eum salvatorem a miseria et hoc per resurrectionem quam inchoat in se, et consumabit in electis suis. Unde ad Romanos 4 dicit apostolus / Xpus passus est propter delicta nostra et resurrexit propter iustificationem nostram, licet enim passio iustificet et similiter resurrectio in quantum creditur et amatur scilicet disponendo ad iustificationem. Resurrectio tamen est signum et causa iustificationis passio solum secundum quod dicit glossa ibidem Et ideo magis attribuitur iustificatio resurrectioni quam passioni quia signum et causa est et complementum / Dividitur ergo primo ad astruendam veritatem seu veram fidem resurrectionis xpi introducit evangelista multiplex testimonium de omni genere rerum Primo testimonium creature in terre motu corporeum / Secundo testimonium creature incorporeum in angelorum adventu ibi Angelus autem domini descendit de celo / 3o testimonium hominum illorum qui ex substantia corporea et incorporea componuntur ibi Et exierunt cito de monumento / 4to testimonium divinum ibi Et accedens Iesus locutus est eis Dicit ergo Vespere autem sabbati id est nocte sequenti a sabbato, et ut non intelligatur de prima parte noctis sed de ultima, addit que lucescit scilicet in termino noctis et diluculo diei In prima sabbati id est in die dominica que dicitur prima sabbati secundum hebreos id est prima dies post sabbatum, similiter et secunda sabbati et tertia sabbati et sic usque ad sabbatum Augustinus de concordia evangelistarum per vespere noctem signat a parte totum Et est sensus Vespere id est nocte sabbati Et ne de isto vespere quod est initium noctis intelligeres mutat genus, et ait que referens ad sensum non ad nomen / que scilicet nox lucescit in prima sabbati id est terminatur in luce prime sabbati, et hoc est tunc finis est diluculum prime sabbati id est dominice, Et dicit nocte sabbati venerunt non tamen qualibet parte noctis sed diluculo Et sabbato quidem siluerunt secundum mandatum legis id est ab operibus quieverunt Nam sabbatum custodire oportebat, et tunc neque vendere neque emere neque tale aliquid fieri licebat Unde et sabbatum ipsum requies sive intermissio est dictum Magna est dignitas sabbati quia in eo tota trinitas requievit Nam pater quievit ab opere creationis quod erat infinite sapientie et magne potentie / Filius ab opere recreationis quod erat infinite sapientie Spiritus sanctus requievit hoc in congregatione quod fuit magne et infinite bonitatis quia ipsa stabat recte scilicet apostolis et mulieribus a gratia spiritus sancti cadentibus / quia certissimam spem de resurrectione filii sui habebat et in ea

sola remansit fides eccie in ipa die sabbti propterea dies sabbti
specialiter attribuit ei. Et ideo alijs luminaribus extinctis vna cande
la in tenebris servatur accensa, quia lumine fidei in sola re
mansit virgine maria. Unde Augus. Quem genuit virgo mater
non dolebat, sperans aut et firmiter credens ipm secundum promis
sum tercia die morte devicta resurgere. In hac enim sola interim
fides eccie in triduo illo stabat / et sic vnusquisque vacillan
do hesitabat. Hec que fide concepit fidem quam semel a deo
suscepit nunquam perdidit / speque certissima resurrectionis gloriam
expectavit. Hec Augus. Querit enim de hora adventus mulierum
ad monumentum. Quod licet concordit dicat marc. lucas et
Johes / diluculo in aurora. Matheus tamen ab omnibus discordare
videtur / qui dicit. Vespere aut sabbti que lucescit in prima
in prima sabbti venit maria magdalena et altera maria videre
sepulcrum. Et dicendum quod illud dictum est tenendum pro veritate ex
in aurora venerunt. Et hoc idem dicit Math. per verba magis obscura.
Unde verba eius sunt exponenda. Quia vespere potest accipi tripliciter.
Primo secundum Augus. quod vespere quod est noctis principium, ipa to
nox potest intelligi per synodochen. a parte totum. quam nocte ideo
nominat a prima parte. quia in principio noctis incipiebat licitum
esse operari quod in die non licebat. In hoc igitur vespere
i. in nocte venerunt. In qua vero noctis hora venerunt subintelligit
cum dicit prima sabbti. Sic igitur construendum est vespere aut sabbti. i. post
sabbatum. que lucescit in prima sabbti noctis post sabbatum. Quia in diluculo
sabbatum. que sit nox. Et hoc relativum que refertur non quidem
ad vocem. Quia vesper neutri generis. sed ad sensum lucescit. i. incipit
lucere in prima sabbti. Et quid lucescere idem est quod diluculum
tunc certe venit maria magdalena. Secundo vt dicit Beda per
vespere potest accipi fere ipa vltima hora diei sabbti que erat
principium noctis sequentis. Vespere enim huius sabbti venerunt
mulieres que paraverunt se ad veniendum / ceperunt enim parare
vngenta quibus venientes vngerent ihm / et hoc expresse
dicit in marco. Et tamen non venerunt ad monumentum principali
praticam / nisi illa hora qua vespere lucescit in prima sabbti. i. in
diluculo. Tercio secundum Ambro. per vespere potest intelligi ipm di
luculum in quo est finis noctis et sabbti principium. Vespere
enim idem est quod sero / et potest signare tarditatem. vnde vnusquisque Au
Augus. in libro confessionum loquitur dicens. Sero te cognovi pulc
tudo tam antiqua. Mecum eras me exspectando / tecum vero erat
tibi consenciendo. Et secundum hoc non tantum finis diei sed eciam fi
nis noctis vespere potest applicari. Erit igitur sensus. Vespere aut

sabbti i· t'minata nocte seqnte sabbto Nam nox eadem hz sicud
vesper qd est diluculum et hc e qd dicit math Que lucescit
in pma sabbti vet ma· mag et al· ma· ven· videre sepulcrum patz
igr q p istas exposicones mth no discrepat a ceteris ewangelistis
Veniet hic in consideracom quid fecit dns in triduo mortis
sue / corpus quidem eius fuit in sepulcro / anima vero cum sctis
patribus in limbo · et ditas · vtrique iuncta Nam qr passio
no attingebat in xpo diuina natura s3 humanam / Ideo in mor
te xpi facta est sic diuisio anime a carne · vt tn salua esset
vnio tam carnis qm anime cu diuinitate Vt em ait leo
papa · forma serui et forma dei que in vnitate conuene
runt nc separacom pnt habere nc finem 3d ita sibimet inhe
serunt vt siue in omnipotencia siue in contumelia nc diuina inpo
tareant humanis nc humana diuinis Tunc impletum e quod
de seipo dixerat Sic fuit Jonas in ventre ceti tribus di
ebus et tribus noctibus sic erit filius hominis in corde terre
Sepulturam em xpi triduanam in Jona qui triduo fuit in ceto
fuit pfigata / Sz aut de sepultura xpi secundum Augm accipiendum
est sinodochice .i. accipiendo parte pro toto Fuit em xpus
in sepulcro p extremam partem parasceues p quam tota dies cum
sua nocte iam pterita intelligitur et per totum sabbtm qd in
tegrum et noctem complectitur et p pmam parte diei dnice .i.
p noctem seqntem sabbtm p quam tota dies dnica ad quam
ptinet intelligitur Et sic sunt tres dies naturales 2 quelz suam
noctem h abuit precedentem Vt Glo dt hucusque dies nocte
precedebat nunc ordo mutatur et tunc mutatus est ordo di
erum naturalis no quantum ad ordinem creacoms Nam ante ordo vt
dies erat precedens noctem qr prius creata e dies et subsequuta e
nox / s3 deinceps creator tpm fecit vt nox precederet diem · qr nox
qua surrexit adiuncta e diei quo se ostendit Vn Augus Sic
prius computabatur dies propter hominis conditi lapsum a luce grē
in noctem culpe Ita nunc ppt hominis reparacom p passionem et
resurreccom xpi · a tenebris culpe in lucem grē merito computatur
Vn q Beda Dominus actor et ordinator tpm qui in vltima
parte noctis huius surrexit · totam eam mirum eiusdem resurrec
cionis luce festiuam et chorustam reddit / siquidem hucusque ab ex
ordio mundane creacionis ita tpm cursus distingwebatur vt
dies noctem precederet iuxta ordinem pme condit creacionis seu condi
cionis / hac aut nocte tpm ordo mutatus est p misterium re
surreccionis dnice Nam qr nocte a mortuis resurrexit die

vide sicut hic post sextum folium tale signum
#
nota verbi causa xpus fuit in sepultura

Quo intelligendum e qd xpus fuit triduum in sepulcro

Vo sequente eiusdem resurreccionis effectum discipulis ondit et parti
cipato cum eis convivio veritatem virtutis eius miraculis sic et gaude
tibus astruxit rectissime nox illa sequitur diei luci coniungitur
ac sic temporum ordo statutus est ut dies noctem sequatur Et quidem
aptissime quondam nox sequebatur diem quia homo a luce paradisi
peccando lapsus in huius seculi tenebras erumpnas quia decidit
Aptissime vero nunc dies sequitur noctem quia per fidem resurreccionis
a peccati tenebris et umbra mortis ad lucem vite Christo lar
giente reducimur Vnde etiam petrus comestor In exordio con
dicionis rerum dies computatur cum nocte sequenti quia in prima
creacione rerum precessit dies noctem primo enim factum est lux postea
vergente luce ad occasum facta est nox et ita fuit communis dies naturalis
dies precedens cum nocte sequenti In passione vero domini facta
est mutacio ordinis naturalis Vt scilicet computetur nox precedens cum
die sequenti pro misterio nox quia precedat diem hac super hoc dicatur
iniustis sustulit aliquando tenebre nunc autem lux in domino
et nox precessit dies autem appropinquat hanc autem commutacionem
naturalis computacionis in artificialem voluit dominus prefigurare
in legittimis Ideo quia precepit observanciam sabbati et legalium
fieri a vespera in vesperam hec petrus comestor Et sic ut visum est
ut quidam dicunt hanc mutacionem fieri in pascate ut nox
scilicet quinte ferie fuit etiam pascatis alii in nocte resurreccionis
ut nox illa communis fuit sabbato et diei dominice sed totum ad
unum tendit sensum et effectum Illa ergo hora qua salvator
noster capite inclinato spiritum emisit corpore in cruce derelicto anima
sua cum divinitate ad inferna spolianda descendit Cum autem
ad inferos descenderet et chorus angelicus ante faciem eius
portas principum tolli preciperet sanctorum populus qui tenebatur
in morte captivus voce lacrimabili clamabat Advenisti
desiderabilis quem expectabamus in .. ut educeres vinculatos
de claustris Te nostra vocabant suspiria te vasta larga requi
rebant lamenta Tu factus es spes desperatis magna con
solacio in tormentis Et quis per singula dicere valeat quanta
ibi leticia fuit cum Christus sol iusticie eis apparuit et habitan
tibus in regione umbre mortis diu nove lucis expecta
ta claritas irradiavit Et stetit dominus cum eis ibi et tunc fiunt
in gloria Nam visio domini perfecta gloria est Ibidem fuit cum latro
cui dixerat dominus hodie mecum eris in paradiso Nomine pa
radisi vocatur dei fruicio et visio divina quia peracta passione statim

ipe latro cum alii qui erant in limbo viderunt deum p essentiaz
Istud quod xpus infernum introivit et sctos letificavit pfiguratum
fuit in tribus pueris in fornace babilonis, ubi ad ingres
sum angeli ignis conversus est in suavitatem roris, qui in forna
ce erant / fuerunt pueri, sic in limbo non erant nisi pueri et inno
centes / qui enim ante plenariam satisfactionem decedebant in purga
torio purgabantur et tunc ad limbum descendebant Istud etiam p
figuratum fuit p danielez in lacu leonum cum deus misit p abacuc
prandium / dominus danielem illesum a leonibz custodivit et p an
gelum refectionem sibi commisit / sic deus pres in limbo a demonibz
defensavit et tandem ipe veniens divina refectione eos pavit
Et sciendum q nomen inferni sumitur dupliciter s. pro pena et pro
loco pene Secundum primum modum dr q demones semper infernum
secum portant Sz prout infernus pro loco pene sumitur sic quadrupliciter
distinguitur Unus infernus dampnatorum in quo est pena
sensus et dampni .i. sensibilis pena et divine visionis carentia
Et sunt ibi tenebre interiores .i. carentia divine gracie, et exteriores
.i. corporales Super istud est limbus puerorum, in quo est pena
dampni et non sensus / et sunt ibi tenebre interiores et exteriores
Super hunc est locus purgatorius in quo est pena sensus et dap
ni ad tempus, et sunt ibi tenebre exteriores et non interiores, quia p gratiam
habent lucez interiorez Supremus locus inter hec est limbus sctorum
patrum, in quo fuit pena dampni et non sensus / et fuerunt ibi te
nebre exteriores et non tenebre interiores .i. privationis gracie divine
Ad hunc locum xpus descendit et suos qui non propter reatum psone
sed tantum propter reatum nature detinebantur inde liberavit / et sic infernum mo
mordit quia ptem eius abstulit et partem reliquit Mortez vero
prostrato mortis auctore quo ad electos penitus destruxit, ut
ille qui iniuste iure habebat in capite quod invasit p iusticiaz plus
petendi, etiam pderet quod habere videbatur in corpore quod decepit / Xpus
enim secundum naturam impassibilis et immortalis fuit / quia passio
vel mors, pena est peccati / sed ipe sine peccato venit et absque peccato
vixit / secundum potentiam vero et mortalis esse voluit et passibilis
Mercedem quoque sue mortis dedit homini pro quo omnia sustinuit
pro passione impassibilitatem / pro morte immortalitatez, pro
peregrinatione eternam gloriam seu patriaz Unde leo papa pstituit ipbz
predo et avarus exactor in eum qui nil ipius habebat insurgere
ab illo iniquitatem exigens penam in quo nullaz reperit culpam
et p iniusticiam plus petendi totius debiti summa vacuatur, forte
ille nectitur vinculis suis, et omne conamen intraxit malignum ipius
retorquetur / ligatur mundi princeps, captivitatis vasa rapiuntur

Non quod patres ante quam ad limbum descenderunt fi
gurosatem fecerunt p dolicte aspirantur p purgabantur in pur
gatorio et postea ad limbum de
scendebant sicut hic dr

Vn et Augꝰ Vita homo deus cu ex debito mori no deberet
qm pctor no erat, sponte de suo dedit ad honorez prıs cu eam
sibi auferri ꝓpt iusticia pmisit / Dedit itaqꝫ huana na deo pu
in illo sponte et no ex debito quod suu erat, vt redimet se
malis in quibꝫ quod ex debito exigebatur redde no hebat
Sic ho ille redemit oms alios cu quod sponte dedit deo
coputauit pro debito quod illi debebat Quo ptio no semel
tm homo a culpis redimit, ꝫ quociens cu digna pnia redie
rit recipit hec Ans Non tm deus dyaliu fefellit aut falle
voluit ꝫ dyalꝰ seipm in deu insurgendo decepit Vnde Ans
Cur bone ihu pie redeptor potens saluator, cur tata virtute
opuisti tanta huilitate An vt falles dyaliu qui fallendo
homiez deiecit de padiso Sꝫ vtiqꝫ vitas nllm fallit ita nō inte
dit vt aliqs se fallat qui ignorat qui no credit vitate ipe
fallit qui vitatez videt et odit ul ptepnit ipe se fallit vi
tas vtiqꝫ nllm fallit Sꝫ vtiqꝫ sic vitas nllu fallit ita non
intendit vt aliquis se fallat qvis hꝫ dicat facere cu pmittit
Non em assupsisti homiez vt te notu operires / ꝫ vt agnotu
aperires / vm deu vm hominez te dixisti te opibus ostendisti
Res pse fuit oculta no studio ocultata Non sic est facta vt
studio absconderetur sed vt suo ordine pficeretur Nec vt aliquē
deciperet ꝫ vt quēadmodū optebat fiet Et si dicat oculta no
est aliud qm non ē omnibus reuelata Nam et si vitas no
omibꝫ se manifestat, nlli tm se negat Ergo domine nec vt
falleres nec vt aliquis se falleret sic fecisti ꝫ vt faceres qd
et quo faciendū est in vitate p omnia fecisti Qui go se fe
fellit in tua vitate no de te ꝫ de sua ꝓpa querat falsitate
hec Augꝰ Predictus qꝫ locus supm sꝫ limbus patrum
ad quē xpus ascendit sinus abrahe dicebat, quia ibi abra
ham cu liberandis fuit cui pmo huiꝰ liberacō ē pmissa
Sꝫ nunc celu empireu sinus abrahe est qꝛ ibi iā ē abra
ham Vn nullo aut pdictoꝝ locoꝝ ē transitus ad aliu nisi de
tercio ad quartu, ꝫ est de purgatorio ad limbu sctorum
Vn qn tātam liba animas fideliu defunctoru de manu
inferni, sumitur ibi infernꝰ pro purgatorio / sic et ibi sumitur pro
limbo qn xpus dr ad inferos descendisse ul infernum
destruxisse Igr scdm Greg quod an passionē pmisit
in resurrectione sua dus adimpleuit Si exaltatus fuero
fuero a tra omnia tham ad meipm omnia ꝑ elcta Oia
naqꝫ trait qui de electis suis apt inferos nullū reliqt quos
suos in fide et actibus recognouit Expansis in crce manibꝫ exaltat
a tra traxisti ad te omnia ꝑ forte et obsecro largissime dne
noli me dimitte in ceno concupiscenciarū / trahe me ad te vt consequar

tibi et mundo / mundo mortuus tibi viuam ego · iam non ego viuas
aut in me xpe Considera hic atente quanta fuit xpi benignitas
in infernum descendere quanta caritas quanta humilitas Poterat enim
vnum ex angelis ad eos mittere et facere eos seruos suos liberari
et sibi presentari prout voluisset si hec summus amor et humilitas su
stinuisset / per seipsum ad inferna descendit et non vt seruos sed
vt amicos dominus omnium eos visitat · et ibidem vsque ad diem domini
cam prope auroram cum eis stetit Jubilauerunt autem sancti patres
sed in suo aduentu et repleti sunt iocunditate omnem miseriam
penitus expulsa Et procidentes adorauerunt et surgentes stabant in
laudibus et canticis coram eo cum reuerentia et ingenti exulta
cione Et in huiusmodi laudibus et canticis et iubilacionibus steterunt
in limbo vsque prope auroram diei dominice / in conspectu etiam
multitudinis angelorum ibidem exultantium et iubilantium cum eis
Assiste et tu ac in voce exultacionis et iubilacionis erumpe
sanctorum quoque melodie tuas partes interpone / O quam dulce et pro
ficuum talibus esset se vel saltem a longe talia contemplari Tunc
portis infernorum confractis et dyabolo magno alligato accepit
eos dominus cum exultacione ab inferis educens / et cum eos cum
gloria et triumpho letus precedens sanctorum quoque exercitu comitante ad
superos rediens posuit eos in paradiso deliciarum et voluptatis qui
est ad orientem in extremis maris Tunc verus sampson moriens
hostilem exercitum prostrauit / et agnus sine macula in sanguine
testamenti sui de lacu in quo non erat aqua vinctos eduxit Tunc
quoque angelus loth cum suis de sodoma eripuit et nephandos igne
sulphureo inuoluit Tunc etiam angelus egiptum deuastauit
et filios israel inde liberat Et iusti quidem cum tanta iusticia libe
rantur Sed quid putas intollerabilis amaritudinis et inconsolabilis
doloris ymo extreme dampnacionis accidit remanentibus in igne
inextinguibili in morte inmortali tenebra palpabili morte insensi
bili Ve illis quibus datum est hoc posse experiri quod crede vel
time Aliqua vero morula cum in paradiso fuisset cum eis et etiam cum
Helia et Enoch ipsum recognoscentibus et exultantibus dixit eis quod
esset tempus vt iret ad excitandum et resuscitandum corpus suum Qui omnes
procidentes adorauerunt rogantes vt cito rediret quia gloriosissimum
corpus suum videre plurimum affectabant Da et michi domine benignis
sime corpus tuum gloriosissimum in secundo aduentu tuo cum gaudio
videre et de tua visione eternaliter cum electis tuis gaudere Con
sidera nunc quod omnia que xpus pro nobis pertulit pro nostra vtilitate
pati voluit Vnde Jeronimus quedam ex hiis colligens sic dicit Opprobri
autem eius nostrum abstulit opprobrium / vincula eius nos liberos fece
runt · corona spinea capitis eius dyadema regni adepti sumus vul
neribus eius sanati sumus / sepultura eius resurgimus / et descensu
ad inferos ascendimus ad celos Venit maria magdalena et
altera maria / huius nomen non ponit ideo dubium est ad literam

que fuit vel maria salomee vel cleophe Vel forte vtraque fuit
licet quidam nominatim duas venisse dicunt quia solum due dicte
sunt considerasse sepulcrum Et quod dicitur in marco Et salomee
exposito est illius cuius nomen hic tacetur cum quos est cuius
etiam que tres reputat luce 24 capitulo dicitur et johana intelli-
gitur vxor cusi procuratoris herodis et maria iacobi et cetere que
cum eis erant eunde sepulcrum matheus 11 dicitur Vt venientes vngerent
ihesum Johannis 20 dicitur quod maria stabat ad monumentum foris plo-
rans Sic deuota anima venit ad sepulcrum christi videre per medi-
tationem flere per compassionem vngere per deuotionem Deo et hec tamen
in glosa Et diuersa tempora mulierum in ewangeliis descripta non
mendacii signum est sed sedule visitationis officium dum crebro
abeunt et recurrunt et non patiuntur a sepulcro domini diu abesse
vel longius Hic queritur de numero istarum mulierum an fuerint
plures vel pauciores Et dicendum secundum rei veritatem quod plures quam
tres fuerunt Nam lucas dixit quod cum eis fuit johana vxor
cuse procuratoris herodis que christo crediderunt Et alie que cum
christo de galilea venerunt ministrantes christo Sed tamen marcus aliis
tacitis alias solas tres nominat Quia sic iste eminebant in no-
mine et differebant ab aliis propter singularem deuotionem habebant
ad christum preter alias Matheus autem solum nominat duas scilicet ma-
riam magdalenam et alteram et hoc est matrem iacobi Sed licet istas
solum nominet non tamen negat alias ibi fuisse Sed johannes dicit quod
magdalena venit ad monumentum aliis omnibus tacitis Quia
vt dicit augustinus licet ipsa sola non venit tamen propter feruentem amorem
ideo eam solam nominat Et hec etiam est causa quare licet
ewangeliste alias taceant omnes tamen de ea mentionem faciunt Mistice
hee tres marie signant tres mundi partes in quibus resurrectio
dominica predicata fuit scilicet asiam affricam et europam Et hoc est quod
ait dominus ~~licet~~ primo Eritis mihi testes in iherusalem Sed moraliter
iste tres marie signant tres vires scilicet rationabilem concupiscibilem
et irascibilem hee portant vngenta ad vngendum vel liniendum
dominum Rationalis portat vngentum fidei recte de deo sentiendo
Irascibilis vngentum humilitatis non superbiendo Concupiscibilis vngentum
concupiscentie se ab illicitis preseruando Vel aliter per istas marias
intelligitur triplex status hominum saluandorum quorum quilibet querit
christum et extra hos nemo saluatur scilicet incipientium proficientium et per-
fectorum siue penitentium actiuorum et contemplatiuorum Et hii tres status
signantur per tres marias que querebant dominum quantum ad triplicem
interpretationem nominis maria Status penitentium signatur in
maria magdalena que famosa peccatrix erat et ~~licet~~ penituit
et licet postea ipsa ibi acciperet vitam contemplatiuam vt tamen marcus
tus hic de ea loquitur inter penitentes reputatur Subdit autem
statim dicens Maria autem erat de qua dominus eiecerat septem demonia

pyrwaszka
ymo ipa extat in eius penitencium primiceria et hec ei bene convenit
nomen maria prout interpretatur mare amarum secundum ethimologiam latinam
vel secundum derivacionem hebraicam, unde mara i. amara latine. Unde ruth
i. Non vocetis me noemi i. pulcra sed vocate me mara i. amaram
quia amaritudine valde replevit me deus, quod consistit in maria
magdalena que ante pedes domini lavit eum lacrimis maculas
criminis sic et petrus penitens flevit amare. Unde cuilibet anime
vere penitenti dicitur illud Tren. 2o Magna est velud mare
contricio tua filia syon. Status vero proficiencium et activorum signatur
in maria jacobi que fuit mater jacobi minoris. Nam proficientes
enim pertinet supplantare vicia et luctari in exercicio spiritualis virtutum.
Cui convenit alia interpretacio marie. Interpretatur enim domina
Syrice. Sunt enim perfecte volentes sunt in continuo conflictu et
afflictu propter pronitatem ad malum et difficultatem ad bonum. Oportet
ergo esse proficientes dominari passionibus per remocionem ne temp-
tacionibus cedat, ex qua lucta que vult racio predominatur sensua-
litati conformantur virtutes. Nam virtus in infirmitate perficitur. Status
autem perfectorum et contemplatorum signatur in maria salome que fuit
mater filiorum zebedei scilicet jacobi maioris et johannis hec postu-
lavit filiis regnum Math. 2. Sic perfecti et contemplativi non contentantur
nisi eciam regnum dei, ymo ipsi in se habent regnum dei, et hic
pregustat quodammodo regnum celorum. Unde et salome interpretatur
pacificans. Nam in hac vita nulla pax est homini nisi in actu
contemplacionis. Et huic convenit tria interpretacio nominis maria
prout interpretatur illuminata. Unde anime contemplative dicitur Ysa. 60. Sur-
ge illuminare iherusalem quia venit lumen tuum et gloria domini super te
orta est. Quelibet istarum mariarum habet sua aromata seu ungenta.
Penitencium ungenta sunt dolor contricionis pudor confessionis et la-
bor satisfaccionis. Ex hiis conficitur ungentum quo libenter ungitur
deus. Conficiat dicit alius hoc ungentum ex mirra et aloes et thure
Unde Nicodemus qui adhuc fuit de statu incipiencium quia
discipulus ihesu occultus mixturam mirre et aloes attulit
quibus convenienter additur thus. Per mirram que valde amara
est signatur amaritudo contricionis. Per aloes quod eciam est
amarum et valet contra retencionem menstruorum peccatorum signatur
verecundia confessionis. Per thus odor cuius fumo ascendit signa-
tur opera satisfaccionis que per retam intencionem deum dirigitur.
Unde super illud Can. 4 Odor vestimentorum tuorum sicut odor
thuris dicit Glo. quod fidelis quilibet in operibus suis orat ad inten-
cionem pervemendi ad deum, sed ex tribus hiis non conficitur bene

vngentum nisi apponatur oleum diuine sine qua omnis pe nitencia est mesticia. Admixto autem oleo optimum vngentum effi citur, et tale fuit vngentum marie magdalene que omnes partes penitencie perfectissime adimplet. assistente sibi misericordia saluatoris Patet in ewangelio. Ipsa enim lacrimas copiose effudit ex ama ritudine contricionis, quiuantes non erubuit ex pia impudencia confessionis. Pedes domini cum lacrimis lauit, capillis tersit osculabatur vnxit et se totam xpo obsequio deuouit et impendit et hec ex intenso affectu satisfaccionis. Profitencium aroma ta sunt paciencia humilitas et perseuerancia uel longanimitas ex quibus consistit vngentum actiuorum. et hoc vngentum constat ex mir ra gutta, et cassia, que sic ponuntur per ex que fluunt a ve stimentis vite xpi. Mirra bona est in omni vngento. Et id licet eam posuerimus in vngentum penitencium, nichilominus tamen po[nitur] in vngento proficiencium, et ponetur in vngento perfectorum. Mirra enim secundum Glosam propter amaritudinem. Sic paciencia arcet vermes que mordere solent cor paciente. Quia secundum Gregorium in omelia pa ciencia et equanimitate hec mala tolerata nullo dolore mordent. Et hac paciencia maxime opus est proficere volentibus in exercicio spirituali. Quia ut dicit Gregorius 28 mor[alium] Sicut in tritura palee grana premuntur, sic flores inter spinas prodeunt, et rosa que redolet crescit cum spina que pungit. Sic virtutes inter spinas passionum et penitencie temptacionum crescunt. Per guttam autem que gummi dicitur significatur humilitas. Quia ut dicit Glosa vbi supra Gutta repellit omnem inflaturam sic humilitas omnis inflaturas tumoris superbie. Quia nisi illa virtus assistat aliis virtutibus sunt quasi pro nichilo. Unde Gregorius Qui sine humilitate alias virtutes congregat in ventum puluere portat. Per cassiam vero que et fistula dicitur signatur perseuerancia siue longanimitas vt videlicet quis in exercicio spirituali non frangatur desperacione nec tedio nec statuit sibi terminum imperfectum sed semper tendit in melius sine termino. Quia in spirituali profectu non est statio Cassia enim dicitur vt dicit Glosa vbi supra in aquosis locis nascitur et crescit in immensum. Sic bonus proficiens aquis diuinarum gratiarum fecundatus crescit in immensum de virtute in virtutem et nusquam cessat donec videat deum deorum in Syon. Sed illa aromata non bene proficiuntur nisi apponatur oleum diuine uel letitie vt scilicet homo leticiam spiritualem habeat in bonis operibus suis et illam ponat in corde atque in sua consciencia non in laudibus hominum secundum Augustinum. Et istud est vngentum marie iacobi

que habuit quator filios scilicet Jacobum qui interpretatur sub
plantator sive supplantans passiones per patientiam Symo
nem qui interpretatur obediens per humilitatem Joseph qui interpre
tatur augmentum vel appositio per longanimitatem Et Judam
qui interpretatur glorificans scilicet deum per spiritualem leticiam Perfectorum
vel contemplativorum aromata sunt carnis omnimoda subplantatio
seu mortificatio deifica conversatio et caritatis perfectio ex quibus
fit unguentum suavissimum odoris quod imitatur balsamum et cina
momum que sic ponuntur Ecclesiastici 24 ubi dicit in persona anime
ad hunc statum perfectorum sublimate Sicut cinamomum et balsa
mum odorem dedi quasi mirra electa dedi suavitatem odoris Ubi
per mirram accipitur totalis mortificatio carnis que convenit perfectis
Nam penitentibus conveniebat mirra mortificans peccata per amaritudi
nem contritionis proficientibus conveniebat mirra mortificans
passiones carnis scilicet remordentes cum tolerancia passionum Sed
perfectis conveniebat mirra mortificans carnem a petulancia
rebellionis ne corporis caro in aliquo rebellet spiritui Ad Colo
3 Mortificate membra vestra que sunt super terram Et hec est mirra
electa et probatissima Manus enim id est opera penitencium et actiorum
distillaverunt quidem mirram ut dictum est Sed digiti id est subti
les et spirituales excitationes contemplatiorum sunt plene mirra proba
tissima Probata est quidem mirra penitencium probatior pro
ficiencium probatissima est contemplatorum et probatorum Per cinamo
mum accipitur deifica conversatio Cinamomi enim cortex dum
frangitur spiramentum visibile reddit ad modum nebule vel pul
veris Sic perfectus si frangitur aliqua conculpatione emittit odo
rem dulcis responsionis Item cinamomum valet ad bonum
odorem oris si frangitur corporalis molestia inedia vigilia la
boris frequencia vel quicquid sibi accidit semper spirat visibiliter
odorem divine conversationis Per balsamum caritas perfecta
intelligitur que foris mittit timorem et omne cum quo stare non
potest Item Ecclesiastici ubi supra Dicit autem quasi balsamum non mi
xtum odor meus Balsamum enim si purum sit et non adulteratum
sole ardente manum penetrat, lanea veste non maculat, corpora
a putrefactione conservat Sic caritas pura et perfecta accedente
amore divino solis omnia opera nostra penetrat et deificat Item
nullum opus caritate formatum maculam contrahit Corinthios caritas
non emulatur non agit perperam Item cum ubi caritas ubi nulla cor
ruptio hominis intentionis ut dicit Augustinus in de laudibus caritatis
habe omnem scientiam et malus esse potes esse Sed ex istis perfectorum
aromatibus non fit unguentum sine admixtione olei divine dulcedinis
que semper comitatur predicta tria Psalmus Impinguasti in
oleo caput meum id est mentem quod oleum degustaverat cum psalmista cu

dicebat O quam magna multitudo dulcedinis tue domine Et ipsa
est vngentum marie Salome que fuit filia Salome vxor
zebedei et mater Jacobi maioris et Johannis Quia Jacobus in-
telligitur racionalis supplantacio vel mortificacio hominis exterioris
Per Salome intelligitur consciencia gustacio Per Johannem caritas
intelligitur quia erat pre ceteris a christo dilectus Scilicet per zebedeum
qui interpretatur fluens intelligo diuinam dulcedinem qua tal-
is anima fluit et affluit delicijs interius Itaque ad istis vngenta
quelibet anima pro statu suo debet vngere ihesum Scilicet qui vult preciosa
aromata habere oportet ea emere Ille enim qui emit dat de
suo et accipit de alieno Et sic in operibus virtuosis aliquid debemus
recipere ad operandi facultatem vnde Romanos 7 velle adiacet
mihi perficere autem non habeo i corinthios 15 Non autem ego sed gracia dei
mecum vel a deo recipimus graciam preuenientem, nostram subsequen-
tem liberam voluntatem Moraliter per istas tres mulieres
signatur in iusto quolibet mens lingwa manus que habent valde
preciosa vngenta Mentis vngenta sunt tria contricio, compassio
et deuocio Primum scilicet contricionis conficitur ex vilissimis speciebus
scilicet ex peccatis que crescunt in nostro orto proprio Secundum scilicet compassionis
conficitur ex amarissimis speciebus scilicet ex proximorum miserijs que
crescunt in orto alieno Tercium scilicet deuocionis conficitur ex preciosis
speciebus scilicet ex christi beneficiis que crescunt in orto domini. Item
lingwe vngenta sunt tria scilicet oracio deuota. confessio integra. predicacio
vera Primum scilicet oracionis conficitur ex herbis. que sunt intencio recta
attencio firma, affectio pia Secundum scilicet confessionis conficitur ex
herbis que sunt pudor commissi, dolor amissi, timor supplicij
Tercium scilicet predicacionis conficitur ex herbis que sunt fidei instructio more
informacio viciorum increpacio Manus vnguenta sunt septem misericordie
opera de quibus est iste versus colligo tibo poto redimo tego
visito condo Qui autem vult preciosa aromata et vnguenta habere
oportet ea emere Ille enim qui emit dat de suo et accipit de ali-
eno sic in operibus virtuosis oportet aliquid ponere de nostro scilicet voluntatem
et aliquid recipere de deo scilicet operandi facultatem vel a deo recipimus
graciam preuenientem de nostro apponimus voluntatem subsequentem
Prius ergo iste mulieres dominum sequerentur iste tres preparare vene-
runt quia christo plus obligate fuerunt ex quo plura beneficia ab eo rece-
perunt Maria enim magdalene multum christo tenebatur quia ab ea sep-
tem demonia eiecerat Maria autem Jacobi et soror Salome christo multum
tenebantur tum quia nepos eorum erat tum quia filios earum car-
dinales scilicet apostolos fecerat Sed mirum videtur quod beata virgo cum
istis mulieribus ad monumentum non iuit sed domi remansit Et
huius possunt tres cause assignari Vna quia mater sepulturam filij
sui sine magno dolore videre non potuisset et maxime

recent' sepulti Si em sepulcru filij vidisset qi doloris gla
dius animaz eius pforasset et satis probabile est q si ire
voluisset Iohannes eius custos no pmisisset ymo eciaz
ceteri apli dixissent Iohanni nllo mo illuc eu ire pmit
tas q si ierit tm ibi flebit et se macerabit sz q fere se oc
cidet Scda causa est q in pasceue et sabbto tm fleuerat
et tm se macerauerat q eciam sustine no posset Vn enim dt
Bnh oportuit q int man discipuloru tanq semiuiua
de cruce ad domu ppria portaret Vn et Hugo Illa pia
mr immanem dolore eiulans et pectora delicata ctundens
ita viscera omnia fatigauat et mebra vt iam ipsu deficiens
vix potuisset ad finem xpi puenire Tercia causa est q pre
dicte mulieres putabat corpus xpi adhuc in monumento esse
et volebant prout consuetudo antiquitus erat ipm vngere
vt conseruaret a fetore et a vermium corrosione et ab incine
racione sz erant decepte q corpus xpi erat diuinitate ibal
samatu et ideo si p decemilia annoru in tra iacuisset no
potuisset putrescere nec incinerari nec a vermibz corrodi Bta
aut virgo sciuit q ibi no erat sz q iam immortale et in
corruptibile surrexerat et ideo illuc ire nolebat sic nec poterat
Ipa qz ex quo vnigenitum filium suu tener flagellari et cruci
figi vidit delicatis manibz delicata pectra tundens se nimio
dolore vigilijs qz et ieiunijs affligens iam viribz pre et spiritu
attenuata alicubi sola in secreto sedebat et de hijs que
sibi acciderat calamitatibz lamentabat et flebat Domina
igr orante et lacrimas dulces emitente ecce subito venit dns
ihus in albissimis vestibz glie et resurrectois nouitatis
sic vultu sereno speciosius gloriosius et gaudens ac mrm deso
late ac merenti totus festiuus apparens At illa adorans
et surgens cu lacrimis pre gaudio eu amplexat et tota
acerbitas meroris in leticiam couertit Postea consedentibz eis pr iter
curiose intuebat eundem in vultu et cicatricibz et p totu
diligent querens si omnis pena transisset et omnis dolor ab eo
discessisset O quanto gaudio mr implet cu ipm natum im
passibilem intuet no solu metuu creaturu sz et celo et
tre omni qz creature p hemum me dnatuz Stat igr et col
locut adinuicez gaudentes ac pascha delectabiliter et amat
ducentes Et narrat ei dns ihus qualiter pplm suu libat
de inferno et que fecit in illo triduo Stte igr nunc sic ma
gnum pascha De hac apparicione q an ceteros v'ginu gloriose
apparuisse credit in ewangelio habet sz ideo ipam posui
et an alias pmisi q sic piu est credere prout in quadam
legenda de resurrectione dni plenius continet Dignum namqz
erat vt mrez p ceteris visitaret et de resurrectione sua p'o
letificaret que p ceteris plus dilexit ex amoris desiderio plus

omnibus affiiciebat plus de eius morte doluit plus dolore af
flicta eius resurreccionem expectauit Et licet hec ab ewangelistis subtice
atur pie tamen sic creditur Vnde et Roma etiam hec approbare videtur
que statim ipsa die apud sanctam mariam maiorem Rome cele
brat stacionem per hec innuens plus beate marie stacionem aptacionem
Quid enim si ewangeliste hoc non dicant Non enim omnia vt ait Jo
hannes scripta sunt Nam si hoc ideo non creditur quod nullus
ewangelistarum testatur consequens vt post resurreccionem numquam sibi apparuit quia vbi
et quando nullus ewangelista edixisset sed absit vt talem matrem talis filius
tali et tanta negligencia dehonorauit Sed ideo forsitan hec ewan
geliste subticuerunt quia eorum fuit officium solummodo resurreccionis
testes inducere Matrem autem ad testificandum pro filio eos indu
cere non decuit Si enim verba extranearum mulierum deliramenta sunt
visa quo non magis matrem pro honore filii credentem delirare
hec igitur ewangeliste scribere noluerunt sed pro constanti reliquerunt Hoc
etiam testatur Ambrosius dicens vidit maria resurreccionem domini et
prima vidit et credidit Vidit maria magdalena quamuis adhuc
ipsa mutaret Vnde et Anshelmus Et si aliquis querit cur ewangeliste
non referant ipsum pijssimum dominum a morte resurgentem huic
dulcissime matri et eius dolorem mitigaret primo ac principue
apparuisse dominus dicimus quod a quodam sapiente de hiis po sci
scitantes audiuimus Ait ergo tanta scitur esse auctoritas nar
racionis ewangelice vt nil de ea dependens vel inane vel
superfluum reperiatur Itaque si matri sue domine mundi ipse filius
ab inferno resurgens scribetur sicut alijs apparuisse eam
quasi de sua resurreccione dotuisse quis non tale scriptum superflu
um diceret Regina vero celi et terre omnis quasi creature concreret
illi vel illi quibus apparuit viro vel mulieri Corpus autem eius
presene atque presente in illa quiescebat qui sibi et omne illius
et omnia facta eius luce clarius reuelabat et ewangeliste scriberent
tunc vel tunc illi talem ac talem semet exhibuisse hec Anshelmus
Vnde et Sedulius Semper virgo manes huius se visibus astans
luce palam dominus prius obtulit Dicit etiam ignacius quod primo
dominus apparuit matri sue post resurreccionem et consolabatur eam ex quo tan
to repleta fuit gaudio quod ablata fuit omnis doloris quem
habuerat de sua passione Quod ergo insinuatur de primo apparu
isse marie magdalene intelligitur inter eos quibus voluit suam
resurreccionem probare Matri enim virginum primo omnium apparuit vt
non resurreccionem suam probaret sed vt eam de visu suo letificaret
Vbi sciendum quod sicut gentiles dies denominabant totius septima
ne a nominibus deorum suorum scilicet planetarum vt a luna diem lune
a marte diem martis et sic de alijs Ita iudei quia dies sab
bati solennior habebatur sabbatum sic nominabant propter reuerenciam
illius diei et ab eo tamquam a digniori omnes alios dies nomina
bant ita quod dies immediate sequens diem sabbati dicebatur dies sab
bati id est prima post sabbatum alia secunda sabbati et sic consequenter

Require an sextum folium vbi est tale signum

Et quia hebrei et greci nominibus numeralibus pro ordinalibus nominibus
utuntur Ideo communiter apud eos in ordine dierum signat primum Vnde
in Genesi dicitur factum est vespere et mane dies vnus i. primus, et ideo
consequenter ibi subditur secundus et tercius et sic de aliis Vnde luc. dicit
vna sabbati i. prima die post sabbatum vel prima die septimane Quia
enim sabbatum apud hebreos non tantum dierum principalem a quo sep
timana apud eos incipit sed eciam septimana ex prerogatiua
sabbati denominatur vt ibi Ieiuno bis in sabbato i. in hebdo
mada Ideo eciam tum dicitur prima vel vna sabbati potest intelli
gi prima dies septimane seu ebdomade que apud nos propter
dominicam resurrectionem dominica vocatur a qua eciam apud nos incipit
septimana Nobis enim celebritas noui sabbati conuersa et transla
ta est in dominicam vocantes primam feriam diem lune et secundam
et sic de aliis vsque ad sabbatum Et vocatur feria a feria quod
est cessare vel a ferendis victimis quia omni die feriare i. a peccato
cessare et victimas ferre et offerre debemus Mulieres ergo iste
venerunt ita mane quod adhuc tenebre erant vt dixit Iohannes
et secundum lucam venerunt diluculo que est claritas media inter noctis
tenebras et diei claritatem quod aurora appellari solet Sed secundum
Marcum venerunt orto iam sole Et potuit esse ad literam quod val
de mane cum adhuc tenebre essent venire ceperunt, diluculo ad
venerunt sed orto iam sole ad monumentum peruenerunt Et no
quod non sine misterio ewangeliste sic diuersimode locuti de isto
mane sed omnes concordant in hoc quod fuit mane Nam vt patet
ex premissis istud ewangelium mistice procedit per tres status electorum
per tres marias significatos Quod enim Iohannes dicit cum adhuc
tenebre essent, respicit statum incipiencium / Quod vero lucas
dicit diluculo, respicit statum proficiencium / Sed quod marcus dicit orto
iam sole respicit statum perfectorum Debent ergo fideles querentes
xpm quilibet pro statu suo mane venire quod est contra pigros
Debent eciam venire vna sabbatorum per quod quies et pax cordis
significatur, sabbatum enim quies interpretatur quod est contra dyscolos
et discordes Debent eciam venire ad monumentum et ibi que
rere Monumentum est mens humana quantum ad quemlibet statum.
Nam cor penitencium dicitur monumentum racione luctus qui circa mo
numenta fieri solet. et penitencium est lugere et flere super seipsos
Proficiencium eciam cor dicitur monumentum racione operis misericordie qui in
sepeliendo mortuos exercetur et actiuorum est insistere operibus
misericordie / Contemplatorum vero cor monumentum dicitur racione quietis
Dicitur enim corpora in monumentis quiescere. et quies maxime
ad contemplatores dicitur pertinere In tali ergo monumento pro quolibet
statu recte queritur xpus Debent eciam obstacula impedimenta
remouere que intelliguntur per lapidem magnum ad hostium monumenti

advolutu et p angelu ut stati misti apparebit revolutu Naz
in quoli statu est aliquis lapis obstans ne quis posset itre
in intima cordis mete et exter actu suo statu copetetes
lapis obstans penitetibz est pnitas ad malu / lapis obstas
pficientibz e difficultas ad bonu / s lapis obstans contemplatis
est multitudo cogitaciu Sz iste lapis pro quoli statu plerumqz remo
uet ad soliu desideriu aie pie querentes p graz spue sitiu ffe
lix maria i· anima que ad sepulcru xpi venit vide medita
com plange p copassiom vnge p deuocom Innitens go
et nos easde statas et deuotissimas mulieres ut sic ille cu
aromatibz dum toto corde ac desiderio querebat in sepulcro
qd est pprius mortuorum locus / ita et nos cu nris aromatibz
i· opacone bonorum opm et odore virtutu suauitate qz orom
toto affectu mente ad deu p sctau desideria pficiscamur / et
queramus eu no in sepulcro s in celo quo ipm ascendis
se credimus atqz nouis Vnde Greg Sancte mulieres que dum
fuerunt secute cu aromatibz ad monumentu venerunt et ei
quez viuentez dilexerant eciam mortuo studio humanitate obse
quuntur Et nos ergo in eu qui est mortuus credentes si odore
virtutu referti cu opinione bonorum opm dum querimus ad mo
numentu pfecto illuc cu aromatibz venimus Et Greg Monu
mentu est corpus domini ad qd accede nemo dz / n sancta
sabbati in pace et mete pure et valde diluculo i· cu fuore
Mane em sigt surgere querendi Vl diluculo i excussis vicorum te
nebris p dilucescentez graciam portas aromata opacoms et
fame bone Qui aliter accedit caueat ne iudiciu inducat et
bibat Vnde Beda Quod aut valde mane mulieres venerunt
ad monumentu iuxta historiam quidz magnum querendi et vidend
endi dum ~~querimus ad monumentu feruor caritatis~~ ostendit iux
intellectu vero misticu dat nobis exemplum illuminata facie de
cussis qz viciorum tenebris ad sacrosanctum corpus accedere Nam
et sepulcrum illud ~~?~~ wel le figuram domini bz altaris
in quo carnis eius et sanguinis solent misteria celebrari Aro
mata aut que mulieres deferunt odorem virtutu et orationu su
auitatez quibz altari approquare debemus significat hic Beda
Mulier ergo que prima iuit ad culpam nunc prima venit ad
veniaz et que primo pfidiaz suscepit in paradiso festinat nunc pa
fidem sumere de sepulcro et contendit de morte rapere vitam
que de vita rapuit mortez Quod aut dns diluculo surre
xit huic consentit auctas illa que dicit dum xl horis fuisse
mortuum et totidez diebz an ascensionez pn in tra conuersatum
quia quatuor horis pasteres et triginta sex duaz noctiu et pri
diei quod etiam consentire videtur que matutinas laudes celebrt

pro xpi resurrectione Vn petrus rator valde mane diluculo dicit
diluculum enim inter tenebras noctis et diei claritatem in qua sa
lus humani generis felici vicinitate puenit in ethia declanda mo
re solis qui proxima luce consurgens roseam pmittit armo
niam, ut tanti splendor pparatis oculis possit intueri quia tempus
dominice resurrectionis illuxit, ut tunc s diluculo laudes xpi te canet
exemplo statim firmatam etiam quia genus humanum exemplo sue
resurrectionis armauit quia vitam pstitit et lumen credulitatis infudit
Ergo xpus mane et intimo ortu solis surrexit secundum Aug.
qui dicit dum tantum xl horis quieuisse in sepulcro sexta hora
parasceues passum et ita cum esset equinoctium diluculo surrexit Ex
Jeronimus dicit dum surrexisse media nocte, legitur enim in ho
regum quod sampsonem asportasse portas gaze usque in supercilium
montis Solutio aut contrietate est quod in tempore meo me diluculum
et mediam noctem surrexit h petrus
Hic ponuntur quinque dubitationes Prima utrum conueniens fuit xpm
resurgere Secunda utrum conueniens fuit quod resurgeret tertia die 3a
utrum ipse fuit primus inter omnes resurgentes Quarta utrum resurgentes
cum xpo sint iterum mortui Quinta utrum furari corpora sanctorum sit peccatum
sacrilegii Ad primam est dicendum quod resurrectio xpi alia causam habuit ex parte
dei patris, et aliam ex parte diuinitatis eius, et aliam ex parte
humanitatis, et aliam ex parte nostra Nam ex parte dei patris
fuit iustitie equitas quia iusticia dei hoc requirit ut potentes
et superbos humiliet et humiliatos exaltet Cum ergo xpus factus
fuit obediens patri et humiliauerit se usque ad mortem, conueniens
erat eum per gloriam resurrectionis exaltari Vn super illo verbo luce 22
Oportuit xpm pati et ita intrare in gloriam suam dicit Glo. Ex
fructus passionis erat gloria resurrectionis Ex parte vero xpi deitatis
seu diuinitatis fuit causa fidei integritas Nam integritas fidei
nostri saluatoris consistit in hoc quod fuit verus homo et verus deus
et unum sine alio non sufficit ad salutem Si ergo xpus fuisset
passus non fuisset roborata fides nostra de eius humanitate quia secundum
Aug. Si non fuisset passus tentus mortuus et sepultus non fuis
set verus homo Si tamen non fuisset resuscitatus nostra fides confirma
ta non fuisset de eius vera diuinitate Vn dicit apostolus pa Cor.
Si xpus non resurrexit inanis est fides nostra Ex parte eius huma
nitatis fuit peccati immunitas Nam nullus debet morti detineri nisi mor
ti sit debitor per peccatum xpus autem immunis fuit ab omni peccato ergo sta
tim morte nostra per suam mortem destructa debuit resurgere Vnde
dixit petrus Act. 2 Deus suscitauit xpm a mortuis solutis
doloribus inferni iuxta quod impossibile erat illum ab eo teneri Ex
ex parte nostra fuit spei surgendi firmitas quia xpus resurgens
caput nostrum dedit nobis suis membris firmam spem resurgen
di Vn Job dicebat In carne mea videbo deum saluatorem meum

2da

In nouissimo die etc. Et reposita est hec spes mea in sinu meo
Ergo iusticie equitas. diuinitatis fidei integritas. pecti immutas
nostre spei firmitas fuit causa resurrectionis xpi. Ad secundam est
dicendum quod congrue xpus tercio die resurrexit propter numeri ternarii perfec
tionem. habet enim omnem perfectionem. quia principium medium et finem
et xpus est alpha et o principium et finis. et per consequens medium
omnis rei propter rei iam facte significationem. Operatione enim trini
tatis homo est creatus. Unde dicit Augustinus super illo verbo. faciamus quod
consilio tocius trinitatis homo est factus. ergo triduo mortis et
passionis xpi erat recuperandus. propter mouente testificatorem quia
sicut in ore duorum vel trium stat omne verbum sic in illo triduo veritas
mortis xpi comprobata et testificata est. propter noui temporis inchoationem
Sicut enim tria tempora. ante legem sub lege et post legem vel sub
gratia. Tercia ergo die resurrexit xpus in tempore quod per eum incho
andum erat. et propter nostre mortis per suam mortem liberationem. Nam
sua sola morte liberata quia non debito peccati contracta. nos a
duplici morte tenebrosa anime et corporis liberauit. ideo post duas
noctes et unam diem voluit resurgere. Ad terciam est dicendum quod de
ratione mortuorum contingit tripliciter loqui. Primo vel resuscitatio
talis intelligatur secundum ad diuine potencie manifestationem et diui
nitatis et sic multi mortui per Heliam et per xpm resuscitati sunt
Secundo ad xpi resurrectionem et sic in passione xpi multi mortui re
suscitati sunt ante xpm quia expresse dicit ewangelista. quod posito xpo v
cte hora sexta monumenta aperta sunt et multa corpora sanctorum
tunc surrexerunt que tamen post resurrectionem xpi exierunt de monumentis
Tercio ad vite immortalis possessionem. et sic nullus ante xpm re
surrexit ad vitam enim immortalem quod amplius non esset moriturus
nullus surrexit ante eum. Ad quartam est dicendum quod Remigius et multi
alii doctores aperte dicunt illos mortuos cum xpo resuscitatos
nunquam postmodum esse mortuos sed cum xpo resurrexerunt et cum xpo
in celum ascenderunt. quia maius tormentum esset illis si iterum mor
tui sunt quam si non resurrexissent. sed Augustinus in epistola ad Enodium
aliud videtur sentire. et ratio sua est talis. Si aliquis sanctorum patrum
resurrexit ad vitam immortalem. fuit dauid. ex cuius semine xpus natus
est secundum carnem. Sed dauid non resurrexit. quia petrus dicit actuum 2o
liceat nobis fratres audacter loqui de patriarcha dauid quia sepultus est
et sepulcrum eius apud vos manet. Et ideo illud verbum. Non dabis
sanctum tuum videre corruptionem. Non dixit propheta in persona xpi ex
quo sepulcrum id est corpus eius in sepulcro positum manebat apud
Iudeos iam xpo resurgente et in celum ascendente. Que autem opi
nio sit verior puto me temerarium esse asserendum. quia eandem de cor
pore virginis gloriose marie et sancti Iohannis. sed temerarie non asserunt
quod sic eorum corpora in celum glorificata licet quadam reuerenti pietate
multis rationibus et exemplis a quibusdam doctoribus sic probetur. ponendo
tamen Augustini maiorem congruitatem quam alie. Ad quintam est dicendum quod sacrilegium

est sacre rei violencia inferre. ergo et irreuerencia inferre sacris rebus
est peccatum sacrilegii. Complanum est autem quod primum locum sacionis et sancti
tatis tenet corpus christi et eukaristie sacramentum. quia ipse christus est sanctus
sanctorum. secundum locum obtinent corpora sanctorum et reliquie ipsorum. 3m
locum ipsa vasa quibus res ipse sacre percipiuntur. quartum vero locum
tenent ipsa loca puta ecclesie et oratoria in quibus huiusmodi sacra
menta reponuntur. Non corpora sanctorum furari fraudulenter et viol
ter de locis ubi honorifice et deuote seruantur et reuerenter per
tractantur. committitur. hoc fieret causa deuocionis puto quod sine peccato
fieri non possit. quia rem iustam et iuste in debitum cum scandalo
et fraude non licet committere. Secus si huiusmodi corpora sanctorum essent
apud infideles. et irreuerenter ab eis tractarentur. nec deuote ipsa
colerent et fideliter nisi forte causa lucri et cupiditatis. puto quod
sine peccato possent ab eis tolli. hac intencione vt ea deuote et
fideles seruarent. quia tunc non inferret violencia rebus sacris sed //
Et ecce terre motus factus est magnus. magis honor et deuocio
hoc ondit euidencia facti ut moueatur intellectus magnitudine
effectus dicit ergo Et ecce terre motus domino resurgente factus
est magnus. et causa subditur Angelus enim domini descendit
de celo et virtute eius factus est terre motus quia corporalia obe
diunt angelis ad nutum quantum ad motum localem. Sicut in pas
sione christi terra commota est in signum tristicie. sic in resurrectione eius
mota est in signum leticie. Vbi Beda eciam dicit ecce terre mo
tus resurgente domino de sepulcro sicut et ipso moriente
in cruce factus est terre motus magnus signat terrena prius
corda per fidem passionis ac resurrectionis eius fore quacienda ad
penitenciam et saluberrimo pauore permota ad eterna sublimanda
imperia. Vbi et Beneuenutus. Si autem sic terra tremuit cum do
minus ad veniam suorum resurgeret. Quomodo contremescet cum non
xiorum omnium resurget ad penam. Et quomodo domini presenciam susti
nebit que angeli presenciam sustinere non valuit. Et nondum
quod legitur terre motus factus in legis datione. Vnde psalmista Terra
mota est etenim celi distillauerunt a facie dei synai. a facie
dei israel. In christi passione mota est super precedenti capitulo. In
eius resurrectione vt hic. In iudicio generali luce 21 et erunt terre motus
secundum locum. Moraliter in terre motu significatur commocio que conuenit
ex quatuor secundum quatuor predicta vz ex consideracione diuinorum
mandatorum. hoc est in legis datione. ex consideratione passi
onis christi et dolorum. et hoc est in passione. ex consideratione
amisse vel dilate beatitudinis. et hoc est in resurrectione. ex conside
racione pene vehementis et hoc est in extremo examine. Secundo
autem christus exaltatus est a deo vsque ad gloriam resurrectionis. quia per
obedienciam patris se humiliat vsque ad mortem crucis. Vnde
Ambrosius Resurrectionis sacre gloria sublimatus laudibus profedorum

asperitatem verborum minas obprobrium fellis amaritudinem et ad vltimum mortem sustinuit admonens suos vt si post mortem ad gloriam puenire contendunt vite presentis angustias ad labores prauorum et oppressiones non solum equo animo tolerant sed omnia huius mundi aspera pro premiis eternis ac vt appetant et optant suscipiant hec Augustinus Sic ergo humiliatus est xpistus propter hoc quod mala sustinuit moriendo vt nos liberaret a malis ita glorificatus est xpistus resurgendo vt nos promoueret ad bona secundum id quod ait apostolus Mortuus est propter delicta nostra et surrexit propter iustificacionem nostram Sustinuit enim passionem pro nobis vt nos a pena inferni liberaret et resurrexit a mortuis vt nos de morte ad vitam retraheret Unde bene suam resurrectionem longius vsque in diem tercium differre voluit ita vt duabus noctibus et vna die in sepulcro quiesceret Mox enim ad peccatum pertinet Et nam quia humana duabus mortibus tenebatur astricta anime propter peccatum carnis propter vindictam peccati Christus ergo dominus sola carne mortuus est vt nos a morte anime et carnis liberaret Recte duas noctibus et vna die in sepulcro quiescere voluit quia videlicet lucem sue simple mortis tenebris duple nostre mortis adduxit et per suam simplam mortem nostram duplam dampnauit Si enim ipse vtramque susciperet nos a nulla liberaret sed vnam misericordie suscepit et iuste vtramque dampnauit simplam suam duple nostre contulit et duplam nostram moriens subegit Due ergo noctes signant duas nostras mortes dies vero vna signat suam mortem que fuit lux nostrarum mortium vnam abstulit alteram ad examen iusticie relinquit quam denuo reformabit Resurreccio vtique sua est causa efficiens nostre resurreccionis que fit in presenti et que fiet in futuro Resurreccio que fit in presenti est nostra iustificacio et dicitur resurreccio prima Unde in apocalipsi Beatus qui habet partem in resurreccione prima Resurreccio que fiet in futuro est corporis resuscitacio et dicitur resurreccio secunda Unde in osee Vinificabit post duos dies et in die tercia resuscitabit nos Ad resurreccionem quippe primam duo dies requiruntur scilicet locio omnis culpe et collacio gratie Nullus resurget resurreccione secunda ad gloriam nisi prius resurrexerit resurreccione prima per graciam Mortuus autem fuit xpistus xl horis et quatuor mundi partes que in decalogo mortue erant viuificaret Prima autem die ebdomade surrexit vt ea die mundum renouaret qua eum creauerat In tercia vero die passionis surrexit vt eos qui tribus temporibus scilicet ante legem sub lege sub gracia in peccatis mortui fuerant subleuaret et nos qui factis dictis cogitacionibus labimur per fidem sancte trinitatis resurgamus Et secundum Augustinum Ideo post tres resurrexit Ut passione sua hec tocius trinitatis inuaret assensio triduum enim legitur in signum quod trinitas que in principio fecerat hominem ipse in fine

hominem per xpm reparat passionem. Ideo etiam resurrectionem suam
dominus sic accelerare voluit ne discipulos in mesticia domi-
nari permitteret. Unde leo papa. Dominus nempe xpus ne turba-
tos discipulorum animos longa mestitudo cruciaret denuntiatam
tridui moram tam mira celeritate breviavit ut dum ad integrum
secundum diem pars primi novissima et pars tercii prima concurrit et
aliquantulum spacio temporis decideret et nihil dierum numero deperiret.
Resurrectio igitur salvatoris nec animam in inferno nec carnem diu mo-
ratus est in sepulcro. Et tam velox vivificatio fuit incorrupte
carnis ut maior ibi esset sopor similitudo quam mortis.
Quoniam deitas que ab utraque hominis substantia non recessit quod po-
testate divisit potestate coniunxit. Hec leo. Passionis igitur et re-
surrectionis exemplum xpus nobis prebuit, passionis ad fir-
mandam patienciam et resurrectionis ad excitandam spem ut duas
vitas nobis ostenderet in carne unam laboriosam quam tolera-
re debemus, alteram beatam quam sperare debemus. Resurrexit
autem xpus cum corpore glorioso, cuius dotes sunt claritas agili-
tas subtilitas et impassibilitas. Anima enim xpi a prin-
cipio sue conceptionis fuit gloriosa per apertam visionem et perfectam
fruicionem divinitatis, dispensatione tamen et dispositione divina
factum est ut gloria anime eius non redundaret in corpus quatenus
sic corpus esset passibile et mortale ad implendum precium et
misterium redemptionis humane in sua passione. Et ideo peracto
misterio passionis et mortis anima xpi statim resumpto corpore
in resurrectione in ipsum corpus suam gloriam derivavit, et ita factum
est corpus xpi gloriosum. Unde ait Augustinus. Carnis quippe ille
gerebat infirmitatem que infirmitas resurrectione consumata est.
Unde et leo papa. Hinc ergo dicit apostolus Et si cognovimus xpm secundum
carnem, sed nunc iam non novimus. Eius namque resurrectio non finis
carnis fuit sed commutatio, nec supta est substancia virtutis au-
gmento. Qualitas transiit non natura deficit. Et nimirum dicit eius caro ne-
scire in eo statu quo natus fuit quia nihil in ea passibile vel in-
firmum remansit. Ut et ipse sit per essentiam et non sit ipsa per
gloriam. Hec leo papa. Intereri ergo o anima mea deponam pessi-
mas terrene querelas ac nubila meroris et leticia respire-
mus serenam, et qui funera redemptoris nostri persecuti sumus cum
lacrimis qui mortem nostram moriendo destruxit de ipsius gloria
et resurrectione iocundemur qui vitam resurgendo reparavit. Xpus enim
resurgens a mortuis iam non moritur mors illi ultra non
dominabitur. Induit enim eum deus pater stolam immortalitatis et glorie
et coronam pulcritudinis posuit super caput eius. Iocunditatem
et exultationem thezaurizavit super eum. Totum igitur in eo plenum
est gaudio totum leticia cumulatum totum exultatione refertum.
Caro enim xpi flos ille pulcerrimus de radice Iesse. Qui in na-
tivitate floruit quia ex virgine sine peccato tamquam pulcerrimus flore

singulare decus emicuit in passione defloruit quia neque species neque decor ei fuit sic in resurrectione reassumpto eciam sanguine fuso in cruce cum omnibus que sunt veritate humane nature postea refloruit ut omni decore esset Nam corpus illud gloriosissimum subtile agile et immortale tante claritatis supervestitum est gloria ut vere sit sole fulgencius exemplarem preferens pulcritudinem suscitandorum corporum humanorum De quibus ipse salvator ait Tunc fulgebunt iusti sicut sol in regno patris eorum s. beatitudinis sempiterne Et si quilibet iustus fulgebit sicut sol quanti putas esse fulgoris ipsum iusticie solem Tanti nimirum est ut sit speciosior sole et super omnem stellarum dispositionem luci comparatus decor prepollet Tunc renovata est ut aquile iuventus eius Tunc leo suum catulum suscitavit Tunc femur renixit Tunc ex eodem luto factus vas fecit aliud vas figulus sicut placuit in oculis suis Tunc Jonas de ventre ceti illesus exivit Tunc vestitum est candalabrum auro Tunc suscitatum est tabernaculum David quod cecidit Tunc refulsit sol qui plus erat quam in nubilo Tunc vivificatum est granum frumenti quod cadens in terram mortuum erat Tunc ceruus resumpsit cornua Tunc Sampson tulit portas civitatis et exivit Tunc Joseph eductus est de carcere et constituitur dominus Egipti Tunc confusio sacerdotum vertitur in leticiam Magna igitur et solempnis valde est solempnitas paschalis et cetas precellit solempnitates ut omnes dies dominici octave sint huius festi et in eo omnia signa leticie promuntur Dignitas quippe dominice diei vocatur in hoc quod fuit prima dierum Item nox illam non precessit Item ut dicitur erit ultima dierum Item nox illi non succedet Item celum et terra sunt in ea creata Item angelus est in ea creatus et ad deum conversus Item primo data sunt in ea filiis Israel mandata Item Christus in ea natus est Item Christus in ea resurrexit Item spiritus sanctus datus est in ea apostolis Item in eo omnes resurgemus et iudicabimur Item in ea continuans perpetuo est in laude Unde Gregorius hanc recte nobilitatis solempnitatem dicam quia solempnitates alias antecedat Sic enim in sacro eloquio eloquio sancta sanctorum vel cantica canticorum pro sui magnitudine dicuntur Ita hec festivitas recte dici potest solempnitas solempnitatum Ex hac quippe solempnitate exemplum nobis resurrectionis datum est spes celestis patrie facta et capta superni regni iam presumptibili gloria Per hanc electi qui quamvis in tranquillitate sinu tamen apud inferni claustra tenebantur ad paradisi amena reducti sunt Que est ergo illa solempnitas que inferni claustra destruxit et ianuas nobis regni celestis aperuit Unde et Augustinus clarior dies illa refulget non densitate solis circulo illuminata sublimius hac enim die solis iusticie Christus ascendit ab inferis et ideo pulsemus alleluia

dauid canentes / hec est dies quam fecit dominus exultemus
et letemur in ea Contemplemur huius diei qualem noctem
huius genitricem Nox que celum luminaribus imitatur ymo in
qua celum et terra letatur nox bone pulcritudinis · nox sancte
regenerationis · nox de qua dicitur · et nox sicut dies illuminabitur
Et ab ipsa est dies quam fecit dominus dies dominica Et vere
dicitur dies lucis in quo fulserunt tenebre cecitate Et cla
mauerunt qui erant in regione umbre mortis quia lux or
ta est illis / letetur terra quia nouam lucem vidit / letentur et an
geli / quia pastoribus claritatem domini dederunt Contremuerunt pasto
ri sustinendo splendorem insolitum · et mutatum est omne genus
xpo domino celestium terrestrium et infernorum Omnia ergo nobiscum
hodie triumphant angeli et archangeli ceterique beatorum spirituum
ordines nobiscum festa concelebrant Nos ergo ciuitatis celestis
natiuitatem cantica celestia que adhuc humana non possunt cantare
lingua Exultemus ergo in domino sed in tremore non de re
missa securitate Nam et beatus iohannes precursor exultauit
in utero matris sed vinum non bibit precepto angeli gabrielis
Nos autem qui infirmi sumus sobrie viuamus · modum non ex
cedamus ut leticia nostra cum exultatione nullam sentiat corporis
tempestatem / sed per sobrietatem serenitatem · post eam mereamur sa
lutarem accipiamus ieiuniorum palmam / festiuitate non amitta
mus victoriam · quam nobis tribuat dominus xpus adiuuando quia
vicit in nobis patiendo ut digno carmine triumphemus · can
tantes absorpta est mors in victoria alleluia Rumphea quippe tua
ph[illegible] illa et paradisi ianuam custodire potuit · hac die xpus
cum latrone reserat dicens ad angelos · aperite mihi portas
iusticie et ingressus in eas confitebor domino Ecce nimirum
tempore quo passus est dominus porta hec et clausa est et rese
rata est Clausa quidem incredulis et peccatoribus · reserata vero
iustis et credentibus Et sicut inter donum maria inter omnes
mulieres principatum tenet ita et inter ceteras dies hec omnium
mater est / hec dies una est de septem et extra septem hec est dies
que appellatur octaua Vnde et in quibusdam scripturarum titulis suprascri
bitur pro octaua / hec est dies in qua synagoga finitur et
ecclesia nascitur · hec est in cuius misterio octo anime seruate sunt in
archa noe Et quod mihi nunc est infinitum replicare dies me
deficiet si voluero omne diei istius exponere sacramentum · hoc
tamen dico · quod commissa sabbati gratia et antiqua illa festiuitas
populo iudeorum diei illius solempnitatem mandata est illi in sab
bato non faciebant opus seruile Nos in die dominica id est die
resurrectionis opus seruile non faciamus Illi de domibus non egredi
ebantur · et nos de domo xpi non egrediamur · illi non accen
debant ignem in die sabbato nos ergo accendamus in nobis

ignez spus sancti de quo igne dominus ait, ignez veni mit
tere in terram, et quod volo nisi vt ardeat, et desiderat do
minus istud ignez arde in nobis spiritum sanctum ferue vt non re
frigescat caritas dei in nobis. Illis agnus aut hyrcus nobis
xpus occiditur, pro quibus vniuersi fratres consona pariter voce can
temus, hec est dies quam fecit dominus exultemus et letemur in
ea, hinc ergo et a nobis alleluia decantatur quod legittime lau
date dominum interpretatur, laudemus dominum fratres concita lingua
corde et ore vocibus et moribus. Sic enim dici sibi vult alleluia
vt non sit in laudante discordia. O felix alleluia in celo vbi
templum dei sunt angeli. Vbi enim concordia suauis concordantium
vbi nulla lex in membris repugnat legi mentis. Vbi non
est rixa cupiditatis in qua periclitetur victoria caritatis, hic ergo al
leluia cantemus adhuc solliciti, vt illic possimus cantare aliquando
securi, quando scilicet hoc mortale et incorruptibile factum fuerit, quando
tota temptacio perierit. O felix illic alleluia, o vita secura, o sine
aduersario, o vbi nemo erit inimicus, nemo perit amicus, ibi
laudes deo, sic hic a sollicitis, ibi a securis, hic a morituris, ibi
a semper victuris, hic in spe, ibi in re, hic in via hic in patria
Modo ergo fratres mei cantemus non ad delectationem quietis sed ad so
lacium ardoris, quo solent viatores cantare. canta sed ambula
et cantando laborem ~~labo~~ consolare, pigriciem noli amare
sed ambula et in bono proficere. Canta et ambula, noli erra
re noli redire, noli retro errare hoc Augustinus. Vnde et Beda. Quia
illa vita tota in dei laude geritur cessantibus cunctis laboribus
inito quinquaginta diebus, in memoriam huius nunc quietissime
ac felicissime actionis crebrius ac festiuius alleluia cantare solemus.
Alleluia namque hebreus sermo, et vt interpretatur latine laudate dominum
demonstrat in psalmo. Vbi nos canimus laudate dominum pro hoc verbo
apud hebreos semper cantatur alleluia. Quod cum ita Iohannes in apocalypsi
sua celestium agmina concentu cantancia se audiuisse perhibet hec
et venerabilis pater Thobias intelligens qualis superiorum ciuium gloria
concita ipsius vrbis celestis sit claritas, hec mistica voce dicebat.
Ex lapide precioso et auro mundo omnes platee eius sternentur et
per vicos eius alleluia cantabitur hec Beda. Resurge nunc anima mea
cum xpo de sordido peccati sepulchro respira iam in spe resurrectionis
et vite perhennis. pro amore dei moriamur in presenti vita et
pro eo viuamus in futura, quia si pro amore xpi nunc mor
tui xpum portamus, tunc cum letabundo gaudio cum xpo congregabimur.
Si ergo curemus interesse festis hominum vt mereamur eciam interesse
festis angelorum. Vnde Gregorius. Ecce paschalia solemnia agimus
sed ita viuendum est nobis vt peruenire ad eterna festa mereamur.
Transeunt cuncta que temporaliter festiue celebrantur. Curate
qui hiis solemnitatibus interestis ne ab eterna solemnitate se
peremini. Quid prodest interesse festis hominum si deesse contigerit

festis angelorum umbram veteris solemnitatis est solemnitas presens [illegible] dicto hanc annue agimus ut ad illam que non est annua perducamur. Quia hic statuto tempore geritur ut ad illius desiderium memoria nostra referatur frequentatione, ergo gaudium temporalis ad eterna gaudia mentes inalescat ac ferveat, ut ex veritate leticia perfruatur in patria, qui de umbra gaudium meditatur in via. Hec Greg. Xpus resurrectionem suam per Sampsonem fortissimum olim figuravit, qui civitatem inimicorum suorum introivit, et ibidem nocte dormivit. Et cum multi portas civitatis custodirent ut ipsum mane comprehenderent et occiderent ipse media nocte surrexit et portas civitatis secum detulit. Sic Xpus orbem hostium suorum, hoc est infernum potenter intravit et destructo media nocte surrexit. Xpus eciam suam prefiguravit resurrectionem per Jonam quem in ventre ceti per triduum vivum conservavit, et post triduum cetus ipsum de ore in terram vivum emisit. Fuit eciam resurrectio Xpi figurata per lapidem quem reprobaverunt edificantes templum domini, qui cum ab eis propter ineptitudinem abiectus esset tandem consummato templo cum lapis angularis poni debebat qui in se duos parietes complecteretur non est inventus lapis ad hoc aptus nisi ille qui ab edificantibus erat reprobatus. In sua passione Xpus erat lapis reprobatus in sua passione, et factus est eciam lapis angularis in sua resurrectione. Tunc adimpleta est illa prophecia dd' lapidem quem reprobaverunt edificantes etc. Et ideo ipsa cantatur in festo resurrectionis. Lapis iste duos parietes in templo domini coadunat, quia Xpus de populo gentili et iudaico unam ecclesiam edificat. In hoc edificio pro cemento usus est suo sanguine et pro lapidibus suo sacratissimo corpore.

Hic ponuntur tres dubitaciones. Prima utrum Xpus fuit causa sue resurrectionis. Secunda utrum resurrectio Xpi sit causa nostre resurrectionis. 3a utrum resurrectio Xpi fuit causa nostre iustificationis. Quoad primam sciendum quod sicut supradictum est per mortem non fuit separata divinitas nec ab anima Xpi nec ab eius carne. Potest igitur anima Xpi mortui quam eius caro considerari dupliciter. Uno modo ratione divinitatis. Alio modo ratione ipsius nature create. Secundum ergo virtutem divinitatis unite virtutem et corpus resumpsit animam quam deposuerat et anima resumpsit corpus quod dimiserat. Et hoc est quod de Xpo dicitur 2 Cor. ult. Etsi crucifixus est ex infirmitate nostra, sed vivit ex virtute dei. Si autem consideremus corpus et animam Xpi mortui secundum virtutem nature create sic non potuerunt sibi invicem reuniri sed oportuit Xpum resuscitari a deo. Quoad secundam sciendum quod illud quod est primum in quolibet genere est causa omnium eorum que sunt post ut dicitur in secundo

mete Primu aut in gñie rrome fuit rro xpi Sciri ozt q
xpi rro sit causa nre rromis, et hoc e qd aplus dicit
j ycoz xv xpus resurrexit a mortuis pmicie dormiecui qm
quid pho mors et p hoiez rro mortuoz, et hic ronabilit
Mat principii huane viuificacoms e vbu dei de quo dr
in ps Apt te est fons vite Item et ipe dicit Joh v Sic
pr suscitat filios mortuos et viuificat sic et filius quos
wlt viuificat, Est hic aut nalis ordo rr diuinis institu
tus vt quelz causa pmo opet in id quod e sibi pxim
quis, et p id opet in alia magis remota Sic ignis
pmo calefacit aerez pxmqm p que calefaciat corpa dista
tia, et ipe deus pmo illuiat sbas sibi pxmqs z p eca il
luiat magis remotas vt dicit dyonisius xm cao de ier et
ideo vbu pmo attribuit vitam imortalez corpi sibi nar
vnito et p ipm opat rronez in omnibus alijs
Ad vltima e dicim q sic dictu e rro xpi agit in vtute
diuinitate que quidz se extendit no solu ad rrom corpz
s etia ad rrom aiaz Ideo em e et q oia viuit p aiaz
et q corpus viuit p aiaz, et io rro xpi hz instrualē instrualē
virtutez effectiua no solu retu rroms corpm s retu rroes
aiaz Silr etia hz ronez exemplaritatis retu rroms aiaz
q xpo resurgenti debemus etia sedm aiaz conformari, vt sic
sedm apm ro vj xpus resurrexit p gliam pris et ita z
nos in nouitate vite ambulemus et sic ipe resurgens
ex mortuis iam no moritur ita et nos existemus nos mor
tuos nos esse pcto vt iterz no viuamus ad illo
Angelus em dom descendit de celo Et accedens
revoluit lapidez et sedebat sup eu Erat aut aspe
ctus eius sicut fulgur, et vestimenta eius sicut nix
Pre timore aut eius exterriti sunt custodes et facti
sunt velud mortui Rndens aut angelus dixit mu
lieribus Nolite timere vos Scio em q iesu qui cru
cifixus est queritis Non est hic Surrexit em ~~no est~~
~~hic~~ sicut dixit Venite et videte locu vbi domn
erat positus Et cito euntes dicite discipulis et petro
quia surrexit Et ecce precedet vos in Galileam
Ibi eum videbitis ecce predixi vobis Et exierunt ci
to de monumento cu timore z gaudio magno
currentes nunciare discipulis eius Post testimo
niu rei create corpee, subdit hic testiom rei create incorpee
s angeli Circa qd ondit pmo quo p angelu facta sit denu
ciacio mulieribus / 2o quo sit facta p mulieres viris hominibus ibi Et
cito euntes dicite, vt sic sint regressiue in prima temptacione mor
tis, a dyabolo in mulierez, et a muliere in viru, sic in prima

annunciacione mortis gloriose vite fiet progressus ab angelo ad mulie
res et a muliere in cursus ad apostolos. Circa denunciacionem angeli ondit
quatuor. primo angeli aduentum, 2o actum ibi et accedens revolvit la
pidem ibi Et sedebat super eum. Quartum ibi Erat autem aspectus eius
tercio verbum ibi Respondens autem dixit. Dicit ergo Angelus autem do
mini descendit de celo Glosa prebens obsequium domino suo. Et
accedens scilicet ad monumentum, revolvit lapidem Glosa non vt egres
suro ianuam apperiret sed vt egressum eius iam factum pandat et vacuum
et sepulcrum vacuum ostenderet ac resurrexisse dominum. Non enim
indiguit in resurrectione angelorum auxilio qui propria virtute claustra
dissipavit inferorum. Cristostomus. Crisostomus. Quare igitur venit angelus
et levavit post resurrectionem lapidem propter mulieres. Ipse enim viderunt eum
in sepulcro, vt igitur credant quod surrexit, vident sepulcrum
corpore vacuum. propter hoc vnde abstulit lapidem Rabanus et Beda
~~hoc tamen aliter et aliter fuit quod in resurrectione huius corporis gloriosi~~
Angelus revolvit lapidem non vt egressuro domino ianuam
panderet sed ut egressus iam facti hominibus indicium preberet. Qui
enim mortalis adhuc clauso virginis vtero potuit nascendo
mundum ingredi ipse iam factus immortalis clauso licet sepulcro
potuit resurgendo exire de mundo Hec Beda. hoc tamen aliter et
aliter fuit quod in resurrectione huius corporis gloriosum cui aliud non
resistit sed exiens de vtero miraculosum fuit. Nobis non quod quidam
monacho sancti laurencii Rome ex muros admirandi quo Xpus
clauso sepulcro exire potuit, cingulus quo cinctus erat
solutus dilapsus est et vox in aere facta est. Sic potuit Xpus
clauso prodire sepulcro. Rabanus Glosa. Clauso potuit exire sepul
cro, qui clauso natus est virginis vtero. Et sedebat super eum in
quo consummatur gloria et sue immortalitatis Rabanus Glosa. Regnante sede
de dicat qui in nativitatem stando bellatorem signaverat. Super
lapidem Glosa quo monumentum claudebatur, vt claustra inferorum
superata doceret Ecce quod Sed sedebat super lapidem quo erat ex monu
mentum. Contra quod vero dicit Marcus vbi introeuntes in monumentum viderunt
iuvenem sedentem. Remigius Dicit secundum glosam quod forte duo angeli
fuerunt vnus foris alter intra, vel de eodem angelo potest accipi
quod vtrumque dicitur. Aliter hic vocat monumentum ipsum sepulcrum 2c erat
ex. Alter autem illa septa vel habitaculum in quo erat sepulcrum 2
sic erat ante sepulcrum. Sepulcrum enim erat in quadam domu
cula Rabanus Glosa. que locum tunc munitum fuisse credibile est.
Erat autem aspectus eius. hic describit angeli habitum vbi tangit primo
splendorem advenientem, 2o effectum splendoris ibi Pre timore autem eius
In aspectu splendoris divinitatis gloria claritate que erat terribilis impiis
Et quod dicit Erat autem aspectus eius sicut fulgur id est facies eius
videbatur ignea, sed erat delectabilis iustis. Propter quod subdit Vestimenta
eius candida sicut nix Apocalipsis primo Capud eius candidum sicut
lana alba et oculi eius sicut flamma ignis Rabanus Glosa In candore

inius signat blandu fuisse uiste, in tiore fulgoris significat terribi
lem futuro repbis effulgur em tiorez timoris denotat. candor vo
vestis gaudiu dominice resurreccionis denuciat Vn consuetudo ecclie hz vt
eo tpe in eccia albis psallat, et consuetudo e palestinis dies festos
celebrantibz vt alba vestimenta induat. pp qd subdit Pre timore
aut et fulgore vultu eius exteriti sunt custodes et stupescentes adinstar
mortuorum iacentes. ecce quo malos terret et eis durus fuit. Vbi stab
Amoris anxietate sunt exteriti qui amoris fiduciam no habebant, et
facti sunt velud mortui. qui resurrectionis gloriam credere noluerunt. Et se
pultum custodiebant em crudelitatis studio no pietatis obsequio. sta
re aut no pt quem conscientia destituit, impellit reatus. hic nota q
in hoc cognoscitur bonus angelus a malo. Nam bonus angelus deum
cupio terret, ex suo fulgore in meo confortat, ex sua allocucione dulce
letificat, ex dimissa consolacione. Malus aut angelus econuerso In principio
terret ex sua horribili voce In meo decipit ex fallaci promissione
et in fine contristat ex subsecuta decepcione. Angeli em no solu
vbo sz etiam fulgenti habitu gloriam anunciant resurrectionis. Apparitores em an
gelorum sunt ad instruccionem hominum, et solet per illum modum apparere
qui competit rei de qua debet instruere. Candor aut vestis sple
dorem denunciat solempnitatis et io in albis apparuerunt vestibz
ad denotandum gaudium dominice resurreccionis. Apparuerunt at duo ad
solempnitatem denunciandam propter eorum. qr solempnitas denunciatur per duos qi
per ecium. Vbi Beda. Sicut aut posito in sepulcro corpori sal
uatoris angeli astitisse leguntur, ita etiam celebrandis eiusdem sa
cratissimi corporis misteriis tpe consecracionis assistere sunt credendi
monente aplo. mulieres habere velatum caput pp angelos in ecclia
Videns aut angelus hic subdit angelus dixit hic cu mulieribz
vbi ponitur primo mulierum ab angelo confortacio, 2o ipsarum certificacio ibi
Scio em q ihm queritis. 3o exprimitur probacio Dicat ergo Respondens
aut angelus dixit mulieribz. Ex quo tendit cu nondu fuerit locute
Sed sicut Beda Respondit earum intencioni quam per eundem cognoscebat
vel pt dici q rndit earum affectibz Nolite timere vos Ac si sibi
diceret apte dicat pauescant illi qui no amant aduentum supernorum
ciuium pre timore quia carnalibz desideriis pressi ad eorum societatem
pertingere desperant. Vos aut cur pertimescitis qui videtis eos quorum
ciuitas et vos conciues videtis. Ecce quo bonos mulcet et eis blandus
existit In quo etiam ostenditur qr dus ihus xpus qui e angelus
magni consilii dictus in vltima et generali resurreccione apparebit
et terribilis repbis quibz dicet Ite maledicti in ignem eternum
et blandus iustis quibz dicet venite benedicti percipite regnum
Sic moraliter platus bonus qui angelus dni exercitum est
obstinatos terret et penitentes demulcet. hic em denotantur due
condiciones que debent esse in angelo sacerdote ac plato 2 pre
dicatore. qr 3z primo venenum pcti per terrorem extinguere. et hoc pr bo
neste gustacionis amorem bonos allicere Et subiungit Scio em
q ihm saluatorem qui crucifixus e querite in sepulcro sic mortuum, quer
tur crucifixus e addit ad distinccionem aliorum qui etiam noie ihu vocabantur
Pterea addit ad bonum passionis commemoracionem vn aplus

Recogitare eu qui tale e. Item addit ad comedacom mlierum
que et ihm et crucifixum querebat. Multi enim ihm querunt i sa
lutem sed non crucifixum quia non propter eum sed tm illa nomina in ista due
mat. Con. trist. Multi libenter querunt prosperatum sed pauci quaerunt
eum crucifixum et vel flagellatum sed aliqui volunt pungitum primo quem
sed flagellatus. Marci addidit Nazarenum et sic tangit nomen
ac priorum ac condicionem. Beatus est ille qui querit ihm per fidem per spem
nazarenum per contemplacionem et imitacionem crucifixum. Sap. po. In simplicitate
cordis querite illum. Item addit crucifixum ad beneficium passionis
commemoracionem. Ad hebr. 12 Recogitate eum qui talem sustinuit
a peccatoribus adversum semetipsum condicionem. Non est hic s. secundum presenti
am carnis quia divina non est dimensa et infinita non humana fi
nita et certis terminibus circumscripta. Surrexit enim sic dixit supra
20. Glo. Impleta est non fiet que dixit. Sepulcrum eum per universum omnis
a fidelibus. Surrexit dominus de sepulcro qui pro nobis pependit
in ligno. Soli canonice ecclesie homines domini specialiter gaudent
pregaudia dicentes et ad oculum demonstracionem facientes surre
xit dominus de hoc sepulcro. Sicut in ecclesia paschali. Sed surrexit
rexit non est hic. Diaconus qui legit ewangelium digito demonstrat
dominicum sepulcrum. Glo. quod convenientes sunt quia vero domini non dif
ferent ad generales viros mortuorum quia fides debebat confirmari per
ipsius racionem. et si non resurrexisset fides quodammodo fuisset eva
cuata. Pe. quae utilitas in sanguine meo dum descen
do in corrupcionem vel incineracionem. Ubi glo. Si statim non resurgo
corruptibile fuit corpus meum. neminem annunciabo nullum lucrabor
et ita peribit confessio et testimonium deitatis. Item convenientes sunt ut
3 die resurgeret primo propter probacionem sue mortis quia sicut in ore
duorum vel trium testium stat omne verbum. Sic in tribus diebus comprobatur
omne factum. Item propter sue potestatis ostensionem quia si statim resurrexisset
non videretur habere potestatem ponendi animam suam et resumendi nisi proba
ta esset mors. Venite et videte locum ubi positus fuerat dominus
etc. d. h. Remigius Si verbis non creditis visum et tactum credite. Ecce
probat hic angelus racionem Christi ex evacuacionem monumenti et signis
linthiaminum et sudarii quibus involutum fuerat in sepulcro corpus
domini que eciam invenerunt petrus et Johannes in monumento. Si enim corpus
corpus furati fuissent non ipsum denudassent et est argutum probabile
sic in moribus fit. Luce. hic sup. 10. Et sedebat super eum hunc
sessionem concordat Johannes volucio. Sed con. Luc. dicit et stabat Crisostomus
Angeli sedentes forte assurrexerunt mulieribus et sic sederunt
et steterunt. Item Math. et Marcus dicunt angelum Lucas et Johannes
duos angelos. Crisostomus primo ingresse in monumentum viderunt unum
postmodum vero duos vel unus loquebatur de quo Matheus et Marcus
licet essent duo. Et cito euntes hic subdit qualiter missa est fiet
per mulieres racionem denunciacio hominibus s. apostolis. Ubi determinatur
denunciacionis condiciones. primo antecedentes cum dicit cito euntes 20

9o

dominitates tūm subdit^r Et dicite discipul' eī et petro / qz ancille fi
manifestao trome / qz alij indigni erant q' no ꝯparebat eis pas
sioni qz si ꝯpatimur / et ꝯregnabimus / et subiungit / ꝫ ite festinat
d. d. s. qui^s et specialit^r et pet^o qz surrexit et precedet vos in Galli
lea sic dixit vob an passionē / et ideo sequimur eum ibidem / q̄ d hic
no ꝯcessum ē vob hic gaudium occulte cordis tene ꝫ sui amici
tibi pande no dicit amatoribꝫ mundi ꝫ discipulis xpi / Secundum po
Greg' Illo sunt discipuli qui ad eo pascha no faciunt / no sunt discipuli
qui ret^o respiciunt quos tediositas vite detinet / illecebra carpit
et spine dethinet scandalorum / Ubi eum videbunt in promis regione
et ꝓmiquo tpe in Gallilea precessit Vt vbi sunt initium splendoris
gre ibi esset initium splendoris glie / Voluit etiam dominus specialit^r
in Gallilea apparere vt vitas trome ꝓbaret / qz ibi plura mira
ta ē operatus / et amplius conuersatus / et ideo melius cognitus / Mu
lieribꝫ quod dicit ab angelo vt nunciet aplis vitam resurgentem / qz
suadente diabolo mors nunciata sunt Unde per mulierem vt sic sunt
ꝓgressus in prima temptatione mortis a diabolo in mulierem / a mulie
in viros / Dicit^r et specialit^r et petro tum ꝓpter principalitatem inter di
scipulos tum ne desperaret de reconciliatione ꝓpter magnitudinem pri
apostasie / tum ne ad primam domini quem negauerat et ad disci
pulos venire trepidaret qz vt aut Jeronimus se indignum iudicabat
discipulatu / eum ter negat magistrum Vnde et Greg' Si hunc an
gelus nominatim no exprimeret qui magistrum negauerat venire
ex negatione Item Hugo et Jeronimus petrum peccata no noret
qui no placet Videamus aut Hugo sicut ab angelo et
a domino dictum ē q precedet eos in Galileam tum hoc sit primum
tum completum et tum sit mandatum vt aut hoc sequitur et hic primo exspe
ctaret fieri debuisse Et solui^r Sm eum angelus q hic ꝓphetice
et significatiue ē accipiendum Gallilea nam interpretat^r vel transmi
gracio vel reuelacio In Gallilea eos sm transmigrationem stonem
intelligendum ostendit / qz de populo ipsius transmigratum erat ad gentes
que aplis predicantibus no credentes nisi ipse dominus eis viam d cor
dibꝫ hominum precedens prepararet Et hic intelligit^r precedet vos in
Gallilea ibi eum videbitis .i. membra corporis eius q̄ ē eccia
In hac qui vos susceperint videbitis / Sm id est q Gallilea inter
pretat^r reuelacio no iam in forma sm intelligendum ē ꝫ in illa in qua
fit Vnde ad vos veniens no recessit in qua nos precedens no
deseruit / illa eum reuelacio talis vera Gallilea / tum siles ei erit
ex isto sclo In illam ciuitatem si eius precepta sic amplectamur
vt ad eius dexteram segregari mereamur Et sm Greg' qz Gallia
transmigratio sic interpretat^r Recte in Gallilea dominus videndus nunciat^r

Siue quia ipse de corrupcione ad incorrupcionem de morte
ad immortalitatem transijt siue quia illi ad spem eius contemplandam
puenire merebunt qui modo transmigrant de vicijs ad virtutes de
amore mundi ad amorem dei / declinantes a malo et facientes
bonum quietes et sapientes non terrena sed celestia Eum autem dicit
ibi eum videbitis sicut dixit vobis Breuis est summa in silbis sed in
gens in quantitate promissio Ibi est gaudium nostrum fons et salu
tis eterne origo separata / ibi congregantur dispersiones et sanatur
contriti corde Ibi magis eum videbitis sed non sicut vidistis heri nudum
Et exierunt cito / post testimonium angelicum introducitur hic testimo
nium humanum / primo mulierum secundo custodum ibi Ecce eum dixit
dixisset 3o apostolorum ibi vndecim autem discipuli dicit ergo Et exierunt
cito de monumento In quo notatur promptitudo obediendi Cum
timore et gaudio magno In quo affectio exigitur Glosa
Duplex est affectio in eis timoris et gaudij Alter de magni
tudine miraculi / alter ex desiderio resurgentis et vtrumque egressum
femineum concitabat Currentes nunciare discipulis suis Glosa ac
si dicerent nec gressu est nobis hoc gaudium tenere occulto cordis
sed suis amantibus pandere Exponens cum 16o Et surgentes de mo
numento timentes et nemini quicquam dixerunt Dicit quod verbum nemini intel
ligendum est de militibus qui iacebant pre timore sicut mortui
et nemini illorum mulieres aliquid dixerunt vel nemini scilicet angelorum
quibus scilicet non fuerunt ausi aliquid respondere Vnde Glosa Marci aut
fugierunt exeuntes / inuaserat enim eas timor et nemini quicquam
dixerunt nemini scilicet apostolorum non sed angelorum non sunt quicquam inde
vel certe ipsis custodibus quos iacentes viderunt

Et hic ponuntur quinque dubitaciones Prima vtrum resurrexio xpi fuit
manifestata angelis Secunda vtrum post angelos prius sit manifesta
ta mulieribus Tercia vtrum inter mulieres primo sit manifestata ma
rie magdalene Quarta vtrum inter apostolos primo petro Quinta vtrum
postquam resurrexit semper steterit cum apostolis vsque ad ascensionem Ad primam
est dicendum quod resurrexionem xpi tripliciter possimus considerare primo quantum ad
ipsius xpi personam Nam resurrexio xpi non est facta nigra sed diuina virtute
et potentie et nutu vt dicit damascenus Secundo quantum ad eius capitis di
gnitatem / quia xpus resurrexit sicut caput spirituale salus totius generis
humani ut dicit apostolus Et si xpus non resurrexit inanis est fides
nostra et predicacio nostra que tota fundatur super xpo capite nostro 3o quan
tum ad angelorum societatem quia per resurrexionem xpi societas angelorum fit
sinnus / et si ista tria possimus tripliciter probare conueniat fuisse resurrexionem
xpi primo angelis debuisse manifestam Secundo sic Resurrexio
xpi fuit opus miraculosum excedens humane nature visionem et admi
nistracionem / quia qualiter anima xpi ab inferis rediret ad sepulcrum
et corpori vnita / ac clauso sepulcro exiuit / nec corporalis homo
poterat videre / nec deo in hoc familiaris / solum autem angelus qui
naturaliter spiritualis minister dei in hoc poterat esse et sic prius sibi manifestam

Dua

debuit talis ro et ista e racio hylarij Secundo sic ordo nre salua
cionis debuit rndere ordini nre puaricacionis et dapnacionis
Sz talis ordo fuit in nra dapnacione. quia puaricacio et tnsgressio
madati dei p angelu malu dyabolu puenit ad mulierez et
p mulierez ad masculu qui erat caput ppagacionis gnis huani
ergo talis ordo huan debuit in nra saluacone. quia glorificacio
nra facta p rsonez xpi et reparacio p eu sic p uiru capt p boni
sic ipi raciom eramus puati angelorum consorcio et societate Tercio
quod sessio dei intelligatur corpar vt xpus ho sedeat
a dextris z pr a sinistris (sz dr sedere xpi iudiciaria ptatez
quam a pre accepit qz sedere iudicantis e/ Sedere at a dextris
si referat ad xpm rone deitate· sic ista sessio importat
equalitatez cu pre qz conregnat pri in eqlitate maiestatis
scdm deitatez si quam filius e pri equal Si at referat
ad xpm rone humanitate hc pr esse implicat Vno mo
inquantum e vnita actuat ipo deo zc ista sessio importat sin
dm associacom honore qz eadem veneracone honorat hua
nitas inquantum vnita cobo cu ipa deitate sic vestis regia
cu ipo rege qua e ea actuat indutus zc xpm dextra
dei pris sedere e humanitatez in gla diuitate regnes e
Alio sim se zc sedere a dextris pris designat esse potio
ribus eius bonis sic dextra e pars nobilior z potor corp
Dicto go xpus dr sedere ad dextram dei Sedere quod qz
laborat cu dextram at qz in suinnstra aduersitate dim
fuit· dei sedo dr qz pa abiectoz vnito gla sequitur
Dr go sedere qz equal e pri in ptate iudicandi dr z stac

Cro plete

quia suos iuvat in militia pugnantes. Nos credimus Christum a dex-
tris patris sedentem quia credimus eum regnantem et quiescentem
que notatur per sessionem. Stephanus autem vidit eum a dextris
dei stantem quia in tribulatione positus habuit eum propugnatorem
et susceptorem que notatur per stationem. Sic enim sedere quiescentis
est et iudicantis, stare pugnantis et adiuvantis. Sedens ergo
ad dexteram patris ingerit vultum benignissimum patri apparens
et vulnera que pro nobis pertulit cicatrices ostendit ad interpellandum
pro nobis. Omnes ergo sancti patres et beatissimi spiritus iubilant coram
deo laudes. Si enim Moyses et filii Israel post transitum maris
rubri cecinerunt canticum domino et Maria prophetissa soror eius
ac reliquae mulieres eam sequentes canebant domino in tympano
et choro, quanto magis nunc omnes sancti hoc faciunt cum tantis adversi-
tatibus superatis. Omnes igitur ibi constituti psallunt omnes cantant
omnes exultant omnes letantur omnes gaudent omnes iubilant
omnes inimici plangunt omnes tripudiant omnes iocundantur. Ve-
nit in superna Ierusalem auditur canticum leticie et per omnes vicos
eius ab omnibus dicitur alleluia. Numquam ab origine mundi tale fe-
stum et tam solenne pascha est celebratum in patria nec umquam
erit nisi forte post diem iudicii cum omnes ibi cum corporibus
gloriosis [?] portabuntur elatum [?]. Magnum itaque et solenne est hoc
festum. Nam quicquid deus usque nunc fecit, fecit totum ad hunc
diem procurandum. Celum et terra et omnia que in eis sunt facta
sunt propter hominem, homo autem propter gloriam celestem habendam ad
quam usque nunc pertingere post peccatum non poterat. Quantitudinesque [?] usque
esse. Omnia ergo completa sunt in ascensione. Magnificatus
est valde dies iste. Hodiernus quippe dies proprie est festum so-
lemnissimum domini Ihesu quia hodie cepit sedere ad dexteram patris
et requiem capere a labore sue peregrinationis. Est etiam festum omnium
superiorum spirituum quia de domino suo, cum ibi in humanitatis
forma non viderant, novum susceperunt gaudium. Et quia hodie
primo inceperunt restaurari ruine eorum in tanta multitudine
beatorum et cognoscunt eum sibi per peccatum diminutum per dominum iterum
reintegrandum. Si ergo gaudium est in celo coram angelis dei super
uno peccatore penitentiam agente, quale putas gaudium fuisse
quando tot milia animarum sanctarum ad se viderunt concorditer [?] transire.
Etiam proprie est festum patriarcharum prophetarum et aliarum animarum sanctarum
quia ad supernam patriam hodie primitus intraverunt. Si ergo festum de
aliquo sancto ad celos migrante, quanto magis de tot milibus
et quanto magis de sancto sanctorum. Est etiam festum domine nostre
que filium suum unigenitum in ea carne quam de se assumpsit
honorari coram omnibus sanctis sic gloriose vidit tamquam deum celorum
super excelsa ascendere et omnes celos dominando virtute pene-
trare ac in dei patris consessu ascendendo pertingere. Est etiam

michilominus ipse festum nostrum quia humana natura hodie super celos est ex
altata et homo perductus ad regna celestia et ad societatem angelorum
per dominum ihesum est renouatum Ipse enim dei filius qui exiuit non
per loci comutacionem sed per eternam generacionem et personalem distinctionem
hoc reliquit mundum quantum ad presenciam corporalem et iuit ad patrem
faciendo nostram mortalem perhenne glorie consorte Igitur valde solempnis
est dies iste Ascensio domini olim in scala iacob prefigurata fuit
que vna extremitate terram et alia celum attingebat et angeli per
eam descendebant et angeli per eam descendebant Sic christus de celo
descendit et reascendit quando celestia et terrestria reunire
Oportebat enim quod mediator dei et hominum deus et homo esset
quia aliter partem inter deum et hominem reformare non posset. Deus
enim altissimus est et homo infimus erat et ideo christus inter ce
lum et terram scalam faciebat Descendit ad angelum per illam nobis
graciam apportando. et reascendit iterum iterum in celum receptando
Hanc eciam ascensionem christi prenotat quando parabolam de cena omne
ex celum perdita et inuenta predicat Omnis cena perdita est quando
homo mandatum dei transgressus est. Deus ait nonaginta nouem i.
nouem choros angelorum in celo dimisit et veniens in hunc
mundum hominem perditum per triginta tres annos quesiuit et in tantum
se fatigat quod de toto corpore suo sudor sanguineus emanat
Inuentam ait oue super humeros posuit quia crucem propter peccatum nostrum
propriis humeris baiulat Amicos ad congratulandum sibi inuitat
quando cum homine ascendit et omnem celi curiam letificat / Hec eciam
ascensio domini olim fuit in ascensione translacione helie prefigurata
Helias legem dei in iudea predicat et transgressores legis eam
dacter increpat i propter quod magnam sustinuit a iudeis persecucionem
sed apud deum meruit in paradisum translacionem Ita christus in iudea
magna veritate docuit et propter hoc a iudeis multas persecuciones
sustinuit sed deus illum super omnes celos exaltat et nomen quod
est super omne nomen dedit illi (Oportebat enim pati christum et
ita intrare in gloriam suam et multo magis oportet nos tolerare
propter vitam eternam Qui et Augustinus hodie sic audistis fratres
mei quod ihesus christus ascendit in celum Ascendat cum illo et
cor nostrum Sic enim ille ascendit ne recessit a nobis. sic et
nos iam cum illo sumus quamuis nondum in corpore nostro factum
sit quod promittitur nobis Cuius ascendit in celum nos ab illo non
separamur Non nobis inuidet celum sed quod amo clamat mea
membra estote si ascendere vultis in celum Cum hec quod omnes
attencius cum tremore et ... ...
talitate nostre exuamus hic vetustatem, facile corpus leua
... ... ad eternam eius
visionem tota attencione festinemus et quod dicamus Tibi dixit
cor meum quesiui vultum tuum vultum tuum domine requiram

xviii

Tota namque dispensacio humanitatis xpi nichil aliud
fecit nisi ut intencionem nostram ad superna dirigeret et ex tempore
nostre mortalitatis ad maiestatem eius nos simul perduceret ac perdu
ctos etiam vultus sui gloria satiaret. Et ideo hic quippe so
lennitate hunc est ipso ut xpm ad dexteram patris iam residere
credamus et ideo eum cui genus virtutum aliis caritate scilicet et
spei subsequimur et eum tradiderit regnum deo patri sine fine
cum eo regnemus. Ascendamus ad xpm interim corde ut cum
dies promissus advenerit sequamur et corpore hic. Augustinus. Unde
etiam Gregorius unde fratres karissimi oportet ut illuc sequamur corde
ubi eum corpore ascendisse credimus. desideria terrena fugi
amus. Nil iam nos delectet in infimis qui patrem habemus
in celis. Et si adhuc tenemur in infirmitate corporum sequa
mur tamen eum passibus amoris. Non autem deserat desiderium
nostrum ipse qui dedit ihesus xpus dominus noster hic Gregorius. Ascen
dit ergo xpus ut corporali presencia subtracta provocet affectum
nostrum et toto corde eum desideremus. Et ideo que sursum
sunt queramus quo ad vim intellectivam. Que sursum
sunt sapiamus quo ad vim affectivam. Sic ascendit corde
miles quidam qui in partibus ultramarinis omnia loca
in quibus salvator noster fuerat sollicite cum lacrimis visitavit
et dum omnia loca sancta devote perfecisset ultimo venit
ad montem oliveti unde dominus ascendit. Ubi per longam
oracionem cum lacrimis dixit Ecce domine ubique secutus te dili
genter sum donec veneram ad locum ubi celos ascendisti nescio
ubi amplius te requiram. Iube ergo spiritum meum suscipi ut
ad dexteram patris videam te residere in gloria. Et hiis dictis
spiritum suum sine dolore reddidit deo. Sic et nos debemus
per singula opera sua et virtutum exercicia querere eum
ut tandem ascendere ad eum valeamus. Nemo ad eum a
scendere potest nisi qui prius per humilitatem descenderit. Propterea dilectis
simi in disciplina obediencie virtutum et operum xpi quam iuste
persistite ut per humilitatem ad sublimitatem ascendatis quia hec
est via et non preter istam alia. quam qui aliter vadit cadit po
cius quam ascendit. quia sola est que exaltat humilitas sola
que inducit ad vitam. Xpus enim cum pro sua divinitate non
haberet quo cresceret vel ascenderet quia altius deo eum nichil est per
descensum quo cresceret invenit volens carnem pati et
mori. propter quod deus exaltavit illum. quia surrexit et ascendit et
sedet ad dexteram dei. Vade ergo et tu fac similiter. Neque enim a
scendere potes nisi descenderis. quia scriptum est Omnis qui se exaltat
humiliabitur et qui se humiliat exaltabitur. O perversitas et abusio
miseri ade cumque ascendere difficilimum sit. descendere vero faci
limum. ipsi et leviter ascendunt et descendunt difficilius pati

ad honores ad celsitudines q̃dam ecclesiasticorum ꝑue circa an
gelicas huius formidates · ad secundum vult domine ihesu xpe vi
dentur q̃ ul ibi paciatur q̃ velit dua ꝑ crucẽ mandatorum
tuorum Alii eum trahunt qui pri dicit Trahe me post te Alii
ducuntur qui dicunt Introduxit me rex in cellam suam Alii
rapiuntur sic aplus raptus est in iiiũ celum Et primi q̃
dem felices qui in paciencia sua possident animas suas
Secundi feliciores qui ex voluntate sua confitentur ei Tercii feli
cissimi qui in profunda dei misericordia q̃si quãmo sepulti iam
arbitrii ptatem in diuicias glorie spiritu ardoris rapiuntur / ne
scientes siue in corpore siue extra corpus / hoc solum scien
tes q̃ rapti sunt Beati qui vbique te ducem habent domine
ihesu non alium refugiant spiritum quem statim ascendere volunt
et totam diminutionem dextera ꝑtulisti e Nos autem populus tuus et
oves pascue tue sequamur te ꝑ te ad te q̃ tu es via vitae
et vita vera in exemplo · vitam in ꝑmisso · In primo vita
verba eius vite eterne habes · et cognoscimus nos et credimus
q̃ tu es xpus filius dei viui q̃ est sup oia benedictus ꝯ seculorum secula amen

Explicit scriptum siue lectura ꝑutilis super tria
capitula beati Mathei ewangeliste a vicesimo sex
to capitulo vsque ad finem continuata / A venera
bili viro Magistro Benedicto hesse de Craco
via ~~edita~~ Professore Sacre theologie decano sancti
fflorian ac vicecancellario Alme vniuersitatis Stu
dii Cracouien in studio eodem edita siue comporta
ta · et finita siue completa in vigilia beati laurencii
in Collegio artistarum Serenissimi principis domini et
domini wladislai olim Regis polonie militis De
Anno domini Millesimoquadringentesimoquadra
gesimonono hora vesperorum vel quasi sit laus deo

Utrum pascha et azima sint idem
Quare pascha et phase et pascere dicitur
Utrum dies pasche et dies festus pasche sint idem
Utrum consilium iudeorum occidi Christum fuit dolosum
Utrum conveniens fuit Christum pati in die festo
Utrum conveniens fuit Christum pati in loco publico scilicet urbium
Utrum Christus tantum semel invitatus fuit a simone leproso vel bis
Utrum maria magdalena unxit Christum unguento in domo symonis leprosi
Utrum dominus habuit loculos pro conservatione elemosinarum
Utrum dominus furi loculos commisit et avaro sumptus dispensatores fecit
Utrum iesus Christus solum a iuda fuit traditus vel ab alio
Utrum iuda petente iudei promiserunt sibi decem xxx argenteos
Utrum feria quarta qua Christus ihesus sit traditus sit ieiunanda
Utrum Christus in cena sua corpus suum confecit in pane azimo
Utrum corpus Christi potuit confici et in pane fermentato
Utrum Christus fuit passus ipso die pasche et sic ... vel sic
prima die azimorum vel extunc ... iesus Christus sit crucifixus
Utrum profitendas apostoli que Christus agnum paschalem comedit debuit
nominaliter manifestare
Utrum domina ihesu Christe voluit vetus pascha madducare
Utrum dominus ihesus agnum paschalem comedit secundum ritum iudeorum
Quare revelavit proditorem illis electis
Quare dominus victor optimus in scola sua scelestissimum tam reprobum toleravit
Utrum potius sit eligendum non esse omnino quam male esse perpetue
miserum esse
Utrum iesus Christus in buccella panis intincti suum corpus dedit iude
Utrum post buccellam acceptam intravit in eum sathanas
Utrum sathanas in hominem intrat
Utrum sacerdos possit conficere quantitatibus maius scilicet in toto pane in foro
Utrum Christus prius confecit quam verba consecrationis protulit
Quare Christus sub aliena specie corpus et sanguinem suum dedit
Quare sub specie panis et vini
Quando sacerdos dicit hoc est corpus meum
Quare hic addit omnes et non supra cum dixit comedite
Quare Christus addit dicens hic est calix sanguinis mei et non dixit
hic est sanguinis meus absolute sicut dixit hoc est corpus meum
Quare ... misterium caritatis sed fidei
Quare baptismus non dicitur misterium fidei cum tamen in fide confertur
Quare dicit pro multis et non pro omnibus cum tamen Christus ... pro ...

Quare sub duabus speciebus fit consecratio
Utrum sacramentum corporis et sanguinis sit unum sacramentum vel plura
De quibus singularis memoria domini est habenda per istud sacramentum
Cur et quotiens est commemorandum
Utrum existens in peccato veniali tamen suscipiens hoc sacramentum peccat venialiter
Quomodo homo debet se probare ad hoc sacramentum suscipiendum
Utrum sacramentum eucharistie possit [illegible] magis quam [illegible]
Utrum hec est forma que verba consecrationis panis hoc est enim corpus meum
Utrum hec sit que verba forma consecrationis vini hic est calix sanguinis mei etc.
Utrum Christus corpus suum in cena sua sub sacramento sumpsit
Quare dominus corpus suum velatum sub aliena specie dare voluit discipulis suis
Utrum Christus corpus suum passibile dedit discipulis suis
Utrum Christus corpus suum dedit Jude proditori suo
Utrum si una gutta vini post sanguinis consecrationem tali apponeretur an converteretur in sanguinem Christi vel non
Quare medicus salutis medicinam dedit egroto quam sciebat ei esse mortiferam
Utrum hoc sacramentum corporis et sanguinis Jhesu Christi possit reponi
Utrum illa que dicitur de missa sicca sit peccato absque [illegible] permitti
Utrum in preparatione consecrationis istius sacramenti debet dici aliquid quod [illegible]
Utrum ad constructionem [illegible] hoc sacramentum debet dici aliquid quod [illegible]
Utrum ad oblationem materie istius sacramenti debeat dici aliquid quod [illegible]
Utrum in consecratione istius sacramenti debeat dici aliquid quod offendat
Utrum in sumptione istius sacramenti debeat dici aliquid quod hoc est corpus meum
Utrum in commemoratione istius sacramenti debet dici aliquid quod [illegible]
Utrum in serie misse sint septem ordines crucium
Utrum in primo ordine solum tres cruces contineantur
Utrum in secundo ordine septem cruces fieri debeant
Utrum in tertio ordine sint solum quinque cruces
Utrum in quarto ordine sint cruces fiende
Utrum in quinto ordine sint fiende alie due cruces
Utrum in sexto ordine sint fiende quinque cruces tres [illegible]
Utrum in septimo ordine solum sint tres cruces
Utrum in omnibus operibus nostris debeamus gratias agere deo
Quare dominus permisit cadere Petrum
Quare Christus eundo ad locum captionis seu captivitatis signanter voluit pertransire torrentem Cedron
Quomodo Judas scivit quod Christus illa hora illuc egrederetur
Quare hos tres assumpsit pre aliis
Utrum in Christo fuit tristitia
Utrum in Christo fuit magna tristitia
Utrum in Christo fuit timor
Quare Christus passionem suam vocat calicem

A De [illegible] reverencia sacramenti [illegible] et velatum esse debet et ad [illegible] sacramenti

[illegible] aliud [illegible] titulus [illegible] hic stare debens

Utrum necessarium fuit Christum orare
Utrum Christo conveniat orare secundum suam spiritualitatem
Utrum ista oratio pater mi transfer a me calicem fuit sensualitatis an intellectualis
Utrum Christo conveniat pro se orare
Utrum Christus in omni sua oratione fuit exauditus
Quomodo ratio sua sensualiter non exaudienda quod hanc petitionem potuit exponere
Utrum in Christo sit alia voluntas divina et alia humana
Utrum in humana natura Christi sit alia voluntas sensualitatis et alia rationis
Utrum in Christo ex parte rationis fuerunt plures voluntates
Utrum humana voluntas Christi fuit conformis omni divine voluntati in volito
Utrum in Christo fuit aliqua contrarietas voluntatum
Utrum Christus tribus vicibus orat
Utrum in sua oratione indiguit ab angelo confortari
Utrum ex timore mortis sudor eius factus est sicut sanguis
Utrum ille sanguis fuit verus et naturalis
Quare non dormire potuerunt apostoli cum statim dixit ecce appropinquabit hora
Utrum Ihesus Christus voluit traditionem suam et mortem
Utrum simpliciter dicendum sit quod passio Christi fuit bona vel mala
Utrum concedendum sit quod Iudei operati sunt bonum
Quare Iudei venerunt cum turba
Quare traditor dedit eis signum
Utrum Iudas credebat eum esse filium dei
Quare secundo interrogavit
Quare Christus noluit ut aliquis discipulorum secum pateretur
Utrum osculum fuit signum datum a Iudeis ad capiendum Ihesum
Utrum osculari aliquem sit peccatum mortale
Utrum liceat alicui iniuriam repellere
Utrum sufficiat duos gladios esse in ecclesia
Utrum utroque gladio ecclesia possit percutere
Utrum omnis qui accipit gladium sit gladio periturus
Utrum exercitus angelorum per legiones sit ordinatus
Utrum necessarium fuit Christum pati pro liberatione hominum
Utrum Christus alio modo potuit genus humanum quam per passionem salvare
Utrum ille modus fuit convenientior
Utrum homo teneatur ad testimonium ferendum
Utrum duorum vel trium testimonium sufficiat
Utrum testimonium repellatur absque eius culpa aliquando
Utrum falsum testimonium semper sit peccatum mortale
Utrum falsi testes fuerunt illi qui dixerunt quod Ihesus Christus dixit
Utrum principes sacerdotum peccaverunt mortaliter adiurando Christum per deum vivum
Utrum adiurare demones semper sit peccatum mortale

Utrum sit peccatum mortale adiurare demones ut tollant maleficium quod corpori ad maleficium inductum est
Utrum blasphemia opponatur confessioni fidei
Utrum negatio petri debuit esse trina
Utrum ista trina negatio fuit ante galli cantum
Utrum ista negatio debuit fieri magis propter interrogationem mulieris quam viri
Utrum beatus petrus propter hanc negationem potuit dampnari
Utrum penitentia prima petri restituit ipsum ad pristinum gradum

xxvii

Utrum penitentia iude fuit deo grata
Utrum desperatio sit peccatum in spiritum sanctum
Utrum eodem die quo christus est crucifixus iudas laqueo se suspenderit
Utrum pecunia symoniace recepta restituenda sit ei qui ipsam dedit
Utrum semper pecunia usuraria sit restituenda ei a quo est recepta
Utrum iudex possit mentiri et iudicium proferre de non subiecto
Utrum iudex possit non sibi manifestatum iudicare
Utrum accusatorem debeat precedere fraterna correctio
Utrum accusatio ihesu christi fuit iuste ordine servata
Utrum iudas gravius peccavit quam iudei christum ad mortem tradendo
Utrum angeli [illegible] ihesu christi passionem impedire
Utrum pilatus tenebatur fuit ihesum christum a morte liberare
Utrum pilatus christum liberare voluit possit et hic peccato excusari
Utrum iudex peccet condempnando ad mortem quem scit innocentem si probatum sit coram eo esse nocentem
Utrum iudex peccet liberando innocentem si probatum sit coram eo quod sit nocens
Utrum conveniens fuit ihesum christum crucifigi per gentiles magis quam per iudeos
Utrum iudei plus peccaverunt in morte ihesu christi quam pilatus et milites eius
Utrum occidendo aliquem [illegible] volentem et petentem istud sit peccatum
Utrum in loco ubi iesus christus crucifixus est fuit sepultus adam primus homo / sicut dicitur
Utrum congruum fuit ihesum christum corona spinea coronari
Utrum congruum fuit ihesum christum suam matrem v. b. in cruce eius dolo [illegible]
Utrum congruum fuit ihesum christum suam crucem portare vel bionem ad portandum [illegible]
Utrum congruum fuit ihesum christum solum pati penam crucis
Utrum si descendisset de cruce sine morte solum per eius peccata recepta fuissentque a peccato liberati
Utrum si non fuisset mortuus cruce vel gladio potuisset modo semo
Utrum christus in sua corporali passione [illegible] doluit de illis quam de con
Utrum iesus christus fuit in passione delictus
Utrum dolor qui in morte iesu christi habuit fuit maior omnibus doloribus
Utrum dolor ille retardavit gaudium fruitionis anime
Utrum spine quibus iesus cristus fuit coronatus ipsa vel alia cum coronare etiam ex christo late est formata

Utrum ille terre motus qui fuit in passione Christi fuit miraculosus
Utrum Iesum descendisse ad inferos sit articulus fidei
Utrum descenderit ad infernum damnatorum
Utrum totum infernum expoliat
Utrum in inferno aliquam moram traxit
Utrum conveniens fuit Christum sepeliri
Utrum conveniens fuit Christum unctum sepeliri studiose et honorifice
Utrum in sepulcro fuit corpus incineratum
Utrum steterit in sepulcro tribus diebus et tribus noctibus
Utrum pretiosa et honorifica sepultura competit defunctis
Utrum

Utrum conveniens fuit Christum resurgere
Utrum conveniens fuit quod resurgeret tertia die
Utrum ipse fuit primus inter omnes resurgentes
Utrum resurgentes cum Christo sint iterum mortui
Utrum furtum corporis sanctorum sit peccatum sacrilegii
Utrum Christus fuit causa sue resurrectionis
Utrum resurrectio Christi sit causa nostre resurrectionis
Utrum resurrectio Christi fuit causa nostre iustificationis
Utrum resurrectio Christi fuit manifestata angelis
Utrum post angelos primo sit manifestata mulieribus
Utrum inter mulieres primo sit manifestata Marie Magdalene
Utrum inter apostolos primo Petro
Utrum post suam resurrectionem Christus semper fuit cum apostolis usque ad ascensionem
Utrum corpus Christi post resurrectionem fuit tangibile
Utrum potuit vere comedere
Utrum in effigie peregrini vel ortulani potuit apparere
Utrum quatuor dotes esse dicantur in corpore glorioso
Utrum tres dotes dicuntur esse in anima beata
Utrum celare veritatem [?] semper sit peccatum mortale
Utrum resurrectio Christi fuit sufficienter [?] probata
Utrum pecuniam pro arte vel medicina seu vel cum [illegible] sit peccatum mortale
Utrum pecuniam inde recipiens teneatur hoc restituere
Utrum furari semper sit peccatum mortale
Quare dominus in Galilea voluit apparere
Utrum corpus Christi resurrexit gloriosum
Utrum corpus Christi resurrexit integrum
Utrum resurrectio Christi debuit omnibus manifestari

Quod xpus tercia die post debuit oriri ad distinctionem cursus
Quod xpus veritatem tertiis debuit argumentis declarare
Quod argumenta que xpus dedit sufficiunt manifestandum veritatem resurrectionis
Quod corpora xpi debuit resurgere in aetatibus
Quare potius dicit data est mihi omnis potestas quod dicat os sapiencia
Quod potestas data xpo post tertiam sine potestate instituendi sacramenta
Quod baptismus sit primum omnium sacramentorum
Quod aliquis debeat baptizari si prius non instruatur in fide
Quod expressio trinitatis personarum sit de necessitate baptismi
Quod xpus post tertiam ascendit super omnes celos :·

Maria

Notandum de frequentatione sacramenti eucharistie. Quod non solum sacerdos sed omnis xpianus sed sobrie iuste vivens in hoc seculo, separari non debet ex quacumque causa vel occasione impediri a frequenti communione huius deiformatis sacramenti, sic patere potest per inductionem singulorum. Nam omne impediens dissuadens et retrahens hominem xpianum a frequenti manducatione plenum omni gratia huius cibi aut est infirmitas propria, aut consciencia vehementia puta mortalia incumbentia, aut vita et amor secularis vel occupatio cura et labor corporalis, aut scandalum fratrum infirmorum evitandum, aut raritas frequentandi. Aut paucitas frequentancium de vulgo corporis xpi communionem et per consequens discretio. Aut rubor et verecundia que ad hoc comitantur. Aut suspensio libertatis ad vivendum carpi et huic mundo dissuasio hominum. Aut preceptum confessorum vel aliquorum priorum sacerdotum. Hec sunt inter cetera que solent fidelem ab huius sacramenti vitalis communione retrahere.

Infirmitas enim dicit: exi a me domine quia ego homo peccator sum Luc. v. Vehementia consciencia dicit illud centurionis: Domine non sum dignus ut intres sub tectum meum. Subaudi quia sunt ibi ydola sed peccata que offendunt tuam potentem maiestatem. Consciencia peccato mortali obvoluta et aggravata aut dicit deo: Recede a nobis quia scientiam viarum tuarum nolumus; quis est iste omnipotens ut serviamus ei, et quid nobis prodest si oraverimus illum Job xxi. Secularis conversatio et amor eius dicit: villam emi et vado videre illam, et ideo non possum venire, rogo te habe me excusatum. Negocium seculare et occupatio

et labor corporalis impedit. Iuga boum emi quinque et eo probare ea rogo te ut habe me excusatum. Sponsio libertatis ad viuendum
carnaliter et huic mundo dicit. Vxorem duxi et ideo non pos
sum venire habe me excusatum. Timor a scandalo hominum et vere
cundia ingesta a singularitate frequentantis hoc sacramentum
dicit: Leo est in via in medio platearum occidendus sum
prouerbiorum xxii. Dissuasio hominum et consilium seniorum dicit cum eciam
terpsimi faciat. Vnde tu maior es patre nostro Abraham Iohannis
viii. Et ut hec liquidius et sine vllo prouerbio edicantur
secundum morem mundi sese excusantium veniendi ad cenam
in hoc sacramento vniuersaliter preparatam. Dicunt equidem de vanitate
quidam ad frequentem communionem: Ego infirmus et homuncio inu
tilis maledicta terra atque limus, quo ausu aut qua fronte
me temptabo ingerere ad hoc tremendum sacramentum ad cuius
presenciam tremunt potestates celi, celorumque virtutes ac beata seraphim
non cessant clamare dicentes: Sanctus sanctus sanctus dominus
deus sabbaoth, cuius gloria plena sunt celi et terra. Sunt
alii qui credunt dum inuitantur: Ego obuolutus peccatis plu
rimis et grauibus, timens quottidie me manere in peccato
nullius sensu audeo me mittere ad periculum eterne dampnacionis
me, crebrius accedens ad hoc sacramentum plenum diuina
maiestate. Item sunt alii qui dum inuitantur ad hoc sacramentum
credunt: Domine ego non possum non peccare neque istud peccatum
neque aliud sic vt aut fornicacionem penitus dimittere, ideo
nequaquam accedam ad hoc tremendum sacramentum. Item alii
ad se inuitantes dicunt sic et loquuntur: Ego sum homo scolaris ne
gociis secularibus vehementer implicatus, quapropter michi nulla
racione expedit hoc misterium deitatis sepius frequentare. Item
alii dum inuitantur tali excusacione se tuentur: Ego sum in con
tinuo labore corporali, et vacans curis huius seculi maculatus
Ideo quia non possum vacare frequenti confessioni et quottidiane
seu crebre suscepcioni corporis Christi. Item alii credunt ingentes
Iuuenis sum et oportet me cum hominibus viuere quemadmodum ex
poscit mundi status quem adhuc nolo relinquere, neque enim
monachus volo esse, ideo absit a me hoc scilicet vt frequenter communicem
corpori Christi. Item aliqui excusacionem suam exprimunt in hiis
verbis: Ego nolo esse singularis, neque volo vocari esse deuotus
et inde derideri et beckardus vel ypocrita ab aliis vocari
et presertim timor me inuadit ne ego vnum iudicium contempnam

atque frequenter sacramentum hoc solum manducatis quottidie of
fendatur orthus plurimorum scrupulum scrupulum per hoc scanda
li in complurimis generando. Item alii obtendunt ad se devo
tiones clementi suasionem cum solum monachi carthusienses et
alii viri sancti et regulares saltem omnes quibus presbiteri et sacre
vix semel tamen in mense audeant hoc venerabile sacramentum
manducare. Quomodo hoc in vel tibi homo communis utique qui nullum in
signe virtutum exhibes nullamque personam ostendisti nullam
vel personam notabilem sanctitatem vel tempus presumas temere
viris religiosis et sanctis ymmo sanctis sacerdotibus dei comparare
quotidie aut sepe corpus ihesu christi manducando.
Sed hee excusationes ad frequentem manducationem tibi dei
fidelibus ab hominibus pretense sunt magis ut videtur accusa
tiones quam excusationes cum sint pro excusandis excusa
tionibus in peccatis nolentium se vivere cum christo ihesu. Unde veritate
te communiter dicitur quod nulla est spiritualis excessus ymmo cum christo ihesu
melius intimius et delectabilius quam manducando corpus eius
preciosum. Unde et nomen retinuit eo quod dicitur communio quasi com unio sive
et unio id est unitas sive unio vera hominis cum christo ihesu et hominum
adinvicem in fide et dilectione ihesu christi. Sed eciam in quibus sunt presentes
excusationes omnes date superius vel similes proponentes se ali
enatum a frequenti manducatione corporis ihesu christi non merentur
dici excusationes sed magis accusationes aut occasiones recedendi
ab eodem sancto ihesu christo signa quidem evidencia tepide vel nimie
dilectionis inexistentis ad dominum ihesum christum crucifixum et si
gnum conformationis in animo preparare vitam honestissimam
ihesu christi seu assimilare seipsum vite christiane spirituali et
celesti et simul cum domino deo suo ambulare. Vel est signum
distorte voluntatis et contrarie voluntati ihesu christi et per consequens vo
luntati contrarie dei patris et dei sapiencie. Vel contrarie nostre sancti
ficationi religionis christiane. Non enim infirmitas humana seu
pronitas ad peccandum debet allegari tamquam foret impedimentum
tam frequenter accedendi ad corpus christi. Quoniam ut dicit sanctus Johannes
Si dixerimus quia peccatum non habemus nos ipsos seducimus
et veritas in nobis non est. Et mox ibidem subiungit: Si confite
amur peccata nostra et emundet ab omni iniquitate fidelis et
iustus est ut remittat nobis peccata nostra. Emundatio remissio
peccatorum et emundatio ab iniquitate et maxime et principaliter
fit per oblationem et manducationem corporis et sanguinis ihesu pro peccatis
crucifixi. Quod unicum et solum est oblatum est pro expurgatione
et satisfactione omnium mundi peccatorum intantum ut non sit alibi re
missio peccatorum nisi ibi vel ubi et inquantum preparatur cum perpetuacione

Pro pctis et sanitate nrarum infirmitatum. prout limpide tangitur in verbis forme huius sacramenti vbi dicit. hoc est corpus meum quod pro vobis tradetur. et item hic est calix sanguinis mei qui pro vobis et pro multis effundetur in remissionem pctorum. Non igitur infirmitas humana seu fragilitas ad peccandum vt ex dictis patet vlterius debet allegare tamquam foret impedimentum ad frequenter accedendum ad hoc sacramentum. quod potius debet esse occasio in nobis pungens ad veniendum nos sepe summo bono et omnipotenti. cuius participio nos eciam boni et potentes effici festinemus per sumpcionem huius sacramenti. hoc etiam dominus invitans ad se loquitur. venite ad me omnes qui laboratis et honerati estis et ego reficiam vos. Matth. xj. Et hec dicta sufficiant quo ad excusacionem pro infirmitate pro loco allegate. que non fit ex vera humilitate. sed sepe ex pusillanimitate. fide egra. et negligente voluntate. Vnde signata per Petrum superius pro talibus allegatum est. qui visa virtute christi et miraculo. nesciens quid diceret prorupit dicens Exi a me domine quia homo peccator sum. non enim bene dixisse videtur sed potius affirmacione debebat sicut Simonem leprosum dicere. Mane mecum domine quoniam peccator sum. quia nemo potest facere mundum de immundo conceptum semine nisi tu qui solus es. quemadmodum hoc venisti vt salutem faceres populo tuo a peccatis eorum. Et ideo ne eum commedat vitiis in viso huiusmodi. sed dicit Noli timere ex hoc iam eris homines capiens. ¶ Sequitur visio ad excusacionem eorum qui dicunt se indignos consciam eorum vehementia. ne sibi sapientes dixisse videantur. hij etiam denotantur per hoc quod apostolus Paulus ait Thi. iiij. homines fore multiplices inter christianos. et tales qui sunt dupliciter animo alias per Jacobum apostolum i. c. expressi et notati per claudicantes ad vtramque partem. per Eliam designati iij Re. xviij. et etiam in duplici via ingredientes huiusmodi deveniunt et apocalipsis vj. in similitudine equi pallidi describuntur. hij igitur sunt qui conantur lucem cum tenebris copulare. christum cum belial sociare. et bibere calicem christi et calicem demoniorum. quos si manifestius describere voluero. eos indicabo. scilicet quod sunt homines christiani qui dicunt se deum nosse et amare. et cum hoc sunt amici huius mundi. passionum ihesu christi esse participes cupiunt. et cum hoc pace potiri corporis et societate huius vite. Sepius concipiunt bonum propositum. et promittunt virtutes christi sequi. sed in temptacione recedunt. et semper sunt passionum suarum secutores. in vno deo placere contendunt. et in multis non omittunt offendere eius oculos

maiestatis dei voluntati se obedire velle confitentur, sed tamen hoc
nil eis libet facere nisi illud procedat ex eorum propria volunta
te, in multis suam conscientiam mundam esse defendunt, vno
tamen aliquo vel ex proposito vel ex negligencia omisso, per quod
conscientiam eorum habere peccatum prostituunt suo affectu obligatam
¶ Et quemadmodum primum infirmum dicitur sive, qui retinet et consentit
promptitudinem ad peccandum, sed ad medelam cure non festinat
Sic modo isti homines vulneratam conscientie normam poterunt
quia non tamen habent pronitatem ad peccandum, sed excepto iam aliquo
peccato vel cui peccatum est annexum male afficiuntur, vel minimo
et ordine debito omisso vel postergato, et tamen hoc bene se
stare et in quadam vana gloriantur. ¶ Primum secundum communem regulam
~~cognoscunt se singulares~~ et indignos, ~~sed non horrent istud~~
huiusmodi, et in respectu unius singularis affectus viciosi se in
dicant sordescentes et indignos, sed non horrent istud, nec
diminuitur eius affectum. ¶ Primum timet in omnibus, licet timore
humano conscientie sue infirmitate, iuxta illud Iob ix: Verebar omnia
opera mea sciens quod non parceres delinquenti. Secundum timet secundum
primum, scilicet a facie infirmitatis communis, sed etiam a conscientia vulnera
ta suo affectu vel inordinato aliquam rem singularem obsi
stant. ¶ Primum timor penosus et servilis occupat. Secundo
tamen hec hesitacio et duplicitas distrahit, quod sua studia et vi
ctimas deo offerunt, sed se sibi et suis affectibus obtinent
¶ Petunt et pulsant pro gratia dei cum gemitu que iusticiam et iu
dicium faciant, sed ab illo quod obviat gratie dei non recedunt
¶ De quibus loquitur dominus dicens Luce vi. ¶ Quid autem vocatis
me domine domine, et non facitis que dico. Aut sitis arbor bo
et fructus bonos facite, aut sitis arbor mala et fructus ma
los facite. Math. xii. Huiusmodi sunt bene simplici per certitudinem designati
qui habens languidum in domo sua appropinquavit ad ihesum
et petivit instanter sui pueri sanacionem dicens Math. viii.
¶ Domine puer meus iacet in domo paraliticus etc. Et ihesu
venire volente ad domum eius abhorret tectum ihesum ve
nire ad domum, et excusat se dicens: ¶ Domine non sum di
gnus vt intres sub tectum meum etc. Habebat etenim homo
ille in domo ydola contraria ihesu christo, que nondum relin
quere cogitabat, nec in hoc ipsum deseruisse semper arbitror
quod dominum omnium salvatorem in domum suam venire non optat
qui iam cuius in domo sua omnia nosse et posse perfecte esse
pronitatem fatebatur, tamen dixit: ¶ Dic tantum verbo et sanabitur puer
meus. Sed neque dominus eum pro illa humilitate commendavit
qui dixit domine non sum dignus ut intres sub tectum meum

Sed pro illa magna fide qua dixit. dic tm verbo et sana
bitur puer meus. vtpote verba que dehinc textus hic demo
strant cum dixit Nam et ego homo sum etc Similiter de istis de quibus
sermo est censendum. Hinc siquidem volneratum in domo sue
consciencie. et hoc cognoscunt. ideo excepte cupiunt sanari. quo ob rem
ad xpm properant. vadunt fere quottidie ad missam. orant ieiu
nant. elemosinas dant Sed quia baalim in domo adhuc retinent
i. ad ea que sunt deo contraria et abhominabilia vt dixi est super
amorem et affectus inclinant. ideo quia xpm repellunt ad se
venire in sacramento eukaristie frequenter reformidant. Silentes
predonibus qui cupiunt graciam iudicis obtinere. sed fugiunt ab
eius presencia timentes ne forte suspendantur. Silentes insuper
quibusdam languentibus. qui morbos vt calculum vel mem
bra morbida continent. qui valde cupiunt sanari. vel a mem
bro mortuo abscindi. sed horrescunt medicum. ne eos incidat
vel ne membrum secetur mortuum. dimmine in quorum mortuum
periculum ambigentes. Similiter isti ad consciam antecedenta. cupiunt quidem
graciam et salutem quam efficiat de presente et semper corpus xpi. sed
sumere xpm repellunt dubitant et ab eo se elongant. volentes
per hoc certam mortis periculum euitare. excepto non audent sacrame
tum frequentare. sed excusacio talium nulla est. quia solum est ex timore
simili. et ex affectu et delectacione ad ea que sunt contraria xpo
et xpi voluntate. ad quibus deo appropinquare qui non potest. non
enim potest aliquis ad illum appropinquare. nisi exuat sibi contrarios affe
ctus. scilicet viciosos. et voluntatem propriam. dei verbo se conformando
Hec aut hic paciens apud se cogitans. vbique semper peccatum et
horreat. vbique summo opere custodiat ne deum offendat. et co
tricio corde et spiritu contribulato ad hoc sacramentum accedat. et
iuxta apostolum probet seipsum. et sic de pane illo edat et non aliter
nisi super se indignum ingemiscendo. et ad ymaginem dei et ad
propiciatorium festinando. et sic vtique edat. quia non est aliud sub
celo remedium. scilicet peccatorem iustificans. quam corpus hoc pro peccatis
omnium ymolatum in cruce etc. Nunc vero ordo requirit
vt hij qui mortali peccato impediti communicare renuunt. accipi
ant condignam visionem. videlicet quia excusacio eorum qui pretendunt
excusacio dici non potest. sed magis ad excusandas excusaciones in
peccatis. ad verba malicie declinare et peccatis suis peccatum addere.
quia vtrumque nimirum sit nimis dampnosum peccatorum. et vtrumque per
fidem notitis comperdibus. vnum non vinste catholicam. accedere namque
in mortali peccato perseueranciam ad sacramentum. est reum fore corporis
et sanguinis domini. et iudicium sibi manducare et bibere
Non accedere vero ob amorem iniquitatis. et amplius accipe

Persona adulteri dyabli, q̄ dei sui tremedi et misericordie
et medela sedule porrigere, e diuinu deu suu contemne
et ab eo recede, qd quam malu sit peccatoris quis dubitat, sic
scriptum e Ihere Iere domine omnes qui te dereliquerunt confundantur
recedentes a te in terra scribantur. Et ie ii, vnde scito quam ma
lu est te dereliquisse diuinu deum tuum Cum hec duo peccata
esse in genere et in comu sint diffinita, vzt facere malu
et omittere bonu, dei graciam acceptam contristare, et obla
tam renuere et contempnere, contra deum peccatum facere, et in peccato
obstinatum permanere vtrumqz valde malum homini existit
sed grauius secundum quam primum, qz primum humanum esse videtur
ex infirmitate, qz genus humanum in lege peccati conciter
captiuatur, et per consequens magis voluntarium et magis malum Secundum
vo qz ex scia deliberata consciencia efficitur dyabolicum .i. conforme
dyabolo prout senserunt et ipsum e tale, vt manifeste probat illud
vulgo volantis prouerbium, humanum e peccare sz dyaboli
cum in peccato perseuerare, hec ait merito oris, qui per qm
mortaliter peccat, qz adhuc supbe peccare intendit, ob
vilissimarum rerum et nociuarum a comunicatione sacramenti se
excludit, et quam iniquitatem diligit et per consequens odit animam
suam, ideo ariete sic refugit medicinam, Non enim magis ma
lum esse videtur sz magis bonum male omittere .i. spernere,
quam bonum male accipere, Peccatum vtrumqz quippe e nolenti
bono, et oblato homini per dei graciam infinitam, sz magis
apparet peccatum in primo quam in secundo, quam maior contemptus
dei e dim et eius bonitatem omino refutare et nolle ad
ipsum conuerti, quam accipere et conuerti, hac dehinc propter infirmitatem
male vti Non tamen per hoc volo dicere quod homini mortaliter
peccare proponenti, etiam expediat eucharistiam frequentare,
sz hoc dicendum mihi forte videtur quod si quamuis ideo communicare propter
corporis recreat, qz in affectu peccandi adhuc existit talis
super modum amplius peccat, et addit mala sine melius
quam malum admisit, et illud diligit amplius quam summum
bonum quod penitus relinquit et ab eo recedit, quam ab effectu
peccatum contra deum faciendi, et ideo dixi quod excusacio talium
non excusacio sed verius accusacio est vituperanda//

Ad excusacionem eorum que certo et quinto locis ponuntur
ex dictis iam patet videri. s. qz non sunt excusaciones sz ma
gis accusaciones recedendi ab amico .s. ihesu christo, io
obmitto circa eas laborare, hoc addito quod nulla excusacio
scolaris que contra eiusdem disciplinam existit, neqz vlla cau

occupacio laboris cotidiani corporalis vel licita negociacio
aut sollicitudo rei familiaris. nulla inquam talia que li-
cite a xpiano homine possunt exerceri. legittime impediunt
frequentem xpi ihesu sumpcionem. neque excusacionem possunt facere
racionabilem. xpianum a sua salute abstinendi. Et quod nulla
ex predictis impediat xpianum a frequenti communione huius sacra-
menti. potest ostendi per inductionem. nam si habes et potes
familiam et hospitalitatem multam gubernare. sumpto xpi
corpore. melius poteris gracia dei confortatus. iocunde psallens
et dicens. Providebam dominum in conspectu meo semper quoniam
a dextris est michi ne commovear. Si habes et vales fodere et
arare. et quovis modo pro victu tuo laborare. procul du-
bio melius valebis corpore xpi confortatus. providens atque
presentans. propter hoc letatum est cor meum. exultavit lingua mea
insuper et caro mea requiescet in spe. quoniam non derelinques animam
meam. Si es ducturus uxorem vel iam duxisti vinculo thori
coniugii. melius et dignius efficere valebis dicens. Sacramentum
hoc magnum est. ego autem dico in xpo ihesu et ecclesia. Si iturus
es ad magnam viam. sumpto hoc pane viatico bonum. securus
et in fortitudine cibi illius proficiscaris gaudiose dicens. Notas mihi fe-
cisti vias vite adimplebis me leticia cum vultu tuo
et iter prosperum faciet deus iter salutarium nostrorum. Si ad
bellum properas. vel in prelio tibi incumbit inimicos expugnare
sumpto hoc pane subveniente gracia dei. fortius valebis in
duello. psallens equo animo atque dicens. Parasti in conspectu
meo mensam adversus eos qui tribulant me. Si in docendo
alios. vel turpe in discendo. aut in alia sollicitudine non
modica pro salute aliorum existis occupatus. melius hec omnia
assequi et explere poteris xpo ihesu corporaliter assumpto et presente
et te gracia eius fulciente. psalliens et dicens. Benedicam dominum
in omni tempore quoniam tribuit michi intellectum. et sic in omnibus si qua
sunt similia. Si enim bonum et sanctum est volentem viare laborare
pugnare. panis cibo confortare. et precipue hoc quotidiano sa-
cramento sacramento. igitur quia nos semper viare seu in via licet
ambulare. laborare et pugnare oportet. bonum est nos sepe et fre-
quenter hoc cibo dominico fortitudine repleto pane confortari.
quod irrefragabiliter persuadet. non solum sacra scriptura utputa
ex dictis. sed eciam legem ille theoricus qui dicit tale ad
dictum tali faciat ipsum magis tale etc.
De hiis vero qui in sexto loco ponuntur quoniam nolunt fre-
quentare communionem huius sacramenti. et solum vel maxime
ut maiorem habeant libertatem
vt vivendi mundo et sue carni

non est nunc scire. quod sint iniqui et iniusti, et quod iusti eorum condempnatos reexpectat. tum satis ex dictis supra ut in secundo et 3o loco se excusantibus potest colligi. quod nequam sint et iniusti pectores huiusmodi, ideo remedium fore magis arbitror super huiusmodi quam multi ambulant quos sepe dixi vobis et amplius. et nunc flens dico inimicos crucis xpi. quorum finis est interitus. quorum deus venter est. et gloria in confusione. qui terrena sapiunt

Multi dico sic ambulant. quia timent se sic frequenti susceptione sacramenti. et ex frequenti confessione suorum peccatorum occupare solum ob timorem sue voluntati prave libertatem. et per consequens vivendi dyabolo et peccato. [illegible] multi, ut si bene considerent et sine simulatione indicet, vix vel pauci nimis possent eximi de [illegible] [illegible] quia sicut scriptum est. omnes que sua sunt querunt. id est suam voluntatem. non que ihesu xpi. [illegible] est super tanta et tam nimia peccatorum copia. anglis [illegible] quam nimis dei [illegible] offenderunt. et [illegible] iniquitate sua [illegible] ut nec ipsi bonum voluerunt facere. et alios qui volunt et cupiunt bona operari. non cessant impedire quam ipsimet noluerunt ad solemnitatem venire domini ihesu corporis manducandi pascha nostrum quod ymolatum est xpus celebrandum. et azimis sinceritatis et veritatis epulandum. quam magis eos qui veniunt ad crebram agni paschalis in [illegible] sacrificii comedendum, ab hoc faciendi retrahunt. impediunt et dissuadent. sed et blasphemant tales. et asserunt huiusmodi. eos et faciunt sibi fore scandalosos. Betardos ypocritas et beginas vocitando. et varia nomina blasphemie eisdem insultando. ita quod qui recedit a malo in medio eorum prede pati oportet. sic ergo liquet quod horum excusatores sunt magis accusatores. tum sint pro excusandis excusare

Nunc de excusatione horum est videndum quam in loco septimo eruperunt verba pro se dicentes. quia scilicet si sepe communicarent sacramento dei. essent in plebe notati singulares. et forte aliquos infirmos fratres scandalo vulnerarent. hec tum [illegible] velle tales nosse. quod trepidant timore ubi nullus est timor hoc quod est allegatum pretendentes. et quoniam tales existunt spem non habent succedendi in vita viciosa vel in [illegible] proficiendi. tum quia hominibus placere contendunt. quia scriptum est per prophetam Confusi sunt qui hominibus placent. deus dissipat ossa eorum. tum quia xpo ihesu exhibent se neque frigidos neque calidos sed tepidos et per consequens argumentum iam habent evidens. quod deficiunt a fervore spiritus ihesu. continue per momenta. donec veniet dominus et in hora qua ignorant et dividet eos. partem eorum ponet

mag(is) quo possimus d(omi)n(u)m vel s(an)ctos p(ro) sua digno(ne) laudare

quoniam xpm ymolat deo patri. Aliquos tradas et compassio pro
viuorum, et pro salute vivorum et requie defunctorum, vel efficaciam d
interpellas, quia sanguis xpi pro nobis effusus et hic est summum auxi
lium nostrum, cum oramus deum, et illum intercessorem docemus, qui
nos patri reconciliat et semper interpellat pro nobis.

Notandum de illa particula diffinicionis

misse scilicet quod sit sacrificium quod deo per sacerdotem offertur, ex quo
habetur quod sacrificium offerri debet deo scilicet missa per sacerdotem, ad
quam legendam vel cantandam si te sacerdos disponis, ani
mam ad incarnacionem xpi, vel passionem, resurreccionem, ascen
sionem, vel spiritus sancti missionem paracliti te convertas, vel gloriam
dei et sanctorum meditare, aut aliquid talium per quod valeas in
flammari, ex meditacione sancta aliqua spiritualia trahat te ad mis
sam legendam vel cantandam, non consuetudo, non timor, non que
stus, non ostentacio, non ypocrisis vel fictio, non ficta devocio,
sed potius dei timor, amoris augmentum, vivorum et mortu
orum suffragium, fomitis restrictio, aliorum edificacio, virtutum ro
bur, et actio graciarum. Peragens autem divina misteria habeas di
ligenciam in agendo recollectionem, in exprimendo humilitatem, in
gestu devocionem, in accessu et recessu caveas ne signum quod
libet quod significat aliquam vilitatem pretermittas, circa formas con
secracionis corporis et sanguinis xpi non festines, nec nimis pro
longes, distincte verba legas, nichil addas vel minuas.
Confecto corpore et sanguine domini, reverenciam habeas in tangendo
timorem, et amorem in sumendo, et honorem exhibeas in con
servando. Nam turpius eicitur quam non admittitur hospes. Finita mis
sa iterum te recolligas petendo ut deus tibi negligencias in offi
cio commissas indulgeat et te ab omni malo custodiat, dul
cescere tibi panem suum faciat, et ad frequentandum suum misterium
ipse creator admittat. (Sext. ac capituli potius divina pagine aut
sacerdotibus ministret die qualibet vel saltim ter in ebdomada
sacerdoti sic angeli sibi assistere, non obducas velamine, non utaris
excusacione vel allegacione, non loquaris obscure vel implicite
ita quod sacerdos tuus te non intelligat, noli hystorias aut facta
aliorum ubi non est necesse recitare, noli longum tractatum facere, vel
texere causas, generalis confessionis, quia generat tedium confessori, sed que
recolis te fecisse, vel obmisisse a tempore quo nuper tu es confessus
que fecisti aut obmisisti dic breviter, tamen intelligibiliter et pre
tenens pro certo, quod nulla confessio, si non proponas de certo emendare
et cavere ab hiis modis possibilibus. De quibus confiteris. Sed
quia dictum est supra quod ad missam cantandam vel legendam non debet
aliquem trahere questus, ideo hic possunt esse tres dubitaciones.
Prima est hec. Utrum sacerdos possit missam celebrare

pro pecuniis aut aliq̄ officia exequi. **Scd̄a** Posito q̄ aliq̄s
sacerdos obligatus ad cantand̄ vel legend̄ vnam missam
pro speciali, et p̄ea ē obligatus ad aliam missam spe̅alem p̄
mis p̄ vna missa p̄t ab vtroq̄ se obligare a q̄ibus p̄ cele
bratione misse cantande vel legende etiā pecuniā recepit
3a vtrum sacerdos q̄ se obligat ad legend̄ tricesima pro
defunctis ad h̄ vt satisfaciat, ip̄am debeat continuare sine int
ruptione vel an possit satisfacere continuando et complendo
ip̄am per interruptionem **Ad primam** videt̄ dicen̄ q̄
si tenet̄ ex officio ad hanc missam vel ad exequias
vel sil̄e, p̄p̄ h̄ aliq̄d exigere symoniacū est 1 q. m. videtis
Si vero nō tenet̄ et desit ei supplem p̄t licite recipe 1. q. 1 judicium
Nec et opas suas locare p̄t ad diem vel ad annum ne plati
vites suas e vl̄ē. Et concordat hijs alii doctores. Addit dicen̄
Si al̄ h̄t supplem et nō tenet̄ ad h̄ et d̄z cantare gratis et cessare
alias videt̄ facere ex avaricia. Et licet forte h̄ nō esset sy
monia, cum nemo teneat̄ suis stipendiis militare ex q.
q. militare, tn̄ turpe lucrū ē, vel adminus speciem mali habet
et ad h̄ consentit Hostiensis, Glo. tn̄ dicat q̄ turpe lucrū ē si fiat
ex avaricia. Si m̄ supplem recipit nō ē turpe lucrū etiā si diues
sit, et cū h̄ concordat Innoc. Ne plati vices suas in glo. sup
verbo enormes. Et glo. vbi dicit q̄ in omni casu d̄z gratis
cantare vel legere, et q̄d dicit̄ gratis dedi in supplem. Sed contra h̄
p̄t obici q̄ p̄o sic. Nō licet celebranti missam oculum habere
ad temporalia, ergo nō licet celebrare missam p̄ pecunia. 2a
sic arguit̄ q̄z h̄ nō licet predicatori ergo a forciori nec celebranti
Assumpt̄ q̄z dicit luce. Sed querite p̄mum regnum dei, glo. bona eterna
et hec oīa adicient vobis etiā nō querentibus ergo nō licet
predicatori h̄re oculum ad terrena igit̄ etc. Sed p̄o sic, scit̄ q̄ aliquis
posset sibi constituere duos fines s3 eternum et temporalem, q̄z cele
brans missam celebrat eam pro deo, et sic constituit sibi finem
deum, et idem celebrat eandem missam pro pecuniis, et sic
constituit sibi finem temporalem. Et ergo fines duos s. eternum et
temporalem. Sed q̄ h̄ sit falsum s. q̄ aliquis posset sibi constituere fines
duos s. eternum et temporalem p̄z p̄o p̄ bernardum Augq̄ in sermone dn̄i
de monte, qui exponens illud Si oculus tuus simplex fuerit
Dicit nisi cor simplex fuerit, mundum nō erit, sicut h̄ al̄ q̄n
erit, si duobus dominis famulat, ne vna intentione rerum eternarum
purificet aciem suam, s3 eam mortalium rerum obnubilet amore
hō p̄t ergo cor mundum et simplex esse si dimidiat intentio et
constituat̄ duo fines in temporalibus et eternis. Item Augq̄ in eodem
cor nō mundant nisi vna et simplex intentio in eternam
vitam, et sincero et puro amore sapie, ergo manente simplici
tate intentionis nō p̄t constituere duplex finis. Item antiq̄ vi

Nemo pt duobz dnis seruire Dicit Augus / Simplici corde
tm̄ o ppt regnum dei debemus operari bonum ad omēs no at
in hac operatione cum regno dei intēdere temporalium cogitare
non ergo cum regno dei qui ē finis eternus pot constitui fi
nis tempalis Alterum associare alicui summo bono in rōe finis
cum ipm sit summus finis / est puertere ordinem / si ergo hoc fiat
sequetur inde contemptus summi boni / Sed istis non obstanti
bus dicendum ē / q aliquis legē pt missam vel p pecu
nias / eo mō quo dictum est supra Et ad pm obiectorem tn̄
dicit sctus Thomas quotlibeto 2o q xi in responsione principa
li vbi dicit / q habē ocm ad terena cōtingit dupliciter
vno modo sic ad intēdere vel premium / et sic predicator no licet hre
ocm ad terena / qz sic faceret euangm venale Alio mō sicut
ad stipendia pro necessitate sustentacionis vite et sic licet hre
predicatori ocm ad terena / vnde 1 ad Thi v super id Qui bn
presunt presbiteri zc dicit glo augus necessitate ē accipe vt vinget
caritati est pbere / no tm venale ē euangm pt hoc / si enim sic
venditur magnā rem p vili vendunt accipiat ergo sustentacionem
necessitatis a populo / mercedem dispensacionis a deo / vnde et aplus .1. Cor
ix dicit / qui arat in spe dz arare glo stipendiorum tempalium / licet
ergo predicatori de quo ibi loquitur hre ocm ad terena zc hoc pz
responso ad obiectionem pm Ad 2m vnde alexander de hallis super 2o
sic dicens / q constituere duos fines scz tempalem et eternum si ponatur
eternum finis vltimus et tempale sicut tamen ordinatum ad finem Tunc
aliquid sic distinguunt / qz vel actus est spiritualis / aut corporalis
Si spiritualis vt ē predicatio oratio et huiusmodi / no pt referri ad finem
tempalem veluti ad pecuniam / et ex consequenti ad finem eternum s. dm
Vn plas no esset vt aliquis predicaret vel celebraret diuina
isto fine vt acquireret tempalia de quibus sustentaret ad seruicium
dei / Si vero sit actus corporalis / sic ē laborare in vinea / dicunt
q pt referri ad finem tempalem / dum tn referatur p̄ymos ad deum
vt foder in vinea ad pecuniam acquirendam / qua sustentet
in seruicium dei / sed hoc infra dicetur plenius / Si aut e contra fiat
primus ponatur deus / 2 finis vltimus tempale / peruersissimum est
hic enim ē peruersitas in vtendo fruendis / de quo dicit Augus huma
na peruersitas est fruendis vti / hic ē diuina ad finem alium quere
seu referre Et 2m hoc exponitur id / ve ingredienti terram duabus
vijs Glo duabus vijs ingreditur qui qd dei ē operibus terrenis
exhibet / et qd mundi ē cogitacione dei querit / Si vero constitu
untur duo fines coprincipales scz tempale et eternum / accidit p
versitas de qua dicit Augus / hic ē tempalia quibus ē vtendum no refer
re ad eterna / quibus est fruendum / 2m hoc accipitur id Eccli ijo ve
accedenti ad illum duplici corde Et id Ia po Vir duplex a
constans animo ē in omnibus vijs suis Glo duplex ē animo
qui volt gaudere cum seculo et volt gaudere cum deo Ex hijs pot

hri' q no est licitu ire ad eccliaz ppr deu et ppr nūmos
ita vt quis ponat sibi finez deu, et aliu finez nūmos. licz
ire ad eccliaz no e ordinatiu ad habend denarios, n rōne
officiu quas f q3 face' tenet, qz dat ad offitiu diui in
implend, s3 oē pro nūmis e pone tēpale finez spūa
lis et hr ē symoniacu, qz po' ppretiable sib pto. relinqr
go q no pt quis licite ire ad ecclīam vt ponat finem
nūmos s3 pricipar intētu sui et bñ dt Thomas quotlibeto
vm q. 2 in rnsione pricipali, q si qs vadit ad eccliaz ppr
distributōs quas recipit q finez sui opis pricipale, tūc
symoniaz cōmittit, et ita mortaliter peccat Si aut l3 pricipa
lez finez deu in tali actu, hmōi aut distributōs respicit se
cūdario no q finez s3 sic id qd ē neccīu ad sui3 sustetacom
constat q no vedit actu spūalez 2 ita symoniaz no cōmit
tit nec peccat Ex pdictis p3 q no pt quis sibi duos fines
cstitue eq pricipales, licet possēt sibi pone duos fines
ad se ordinabiles Sed con hec pt obici, Et po sic Caritas
no phibet eiusd motu esse gre 2 nē, vbia diligē dm
qz bñficiu qd respicit nā, et diligē dm qz bonū, quod respi
cit gra, go no phibet eiusd actu rfri ad finez nē 2 finez
gre. s3 finis nē semp ē in creatu, finis aut gre ē d creato
re, vtriq go actu et eiusd poterit cstitui duo fines non
referendo vnu ad altiu, Scdo sic Quu ro sit vna potentia ha
bens ptez supiorez et īferiorez, rōne supioris pt moui a deo
rōne aut inferioris que coniūcta e sensualitati in id qd ē nē ncciu
Vtr tu q nec huc finez ponat ordinatu ad illu. Exēplū per
sile pt pbari de xpo. Sed eni volut no mori. vn dixit
pr si pole e trāseat a me calix iste. et hr ptez qua coniūcti
e sensualitati Alter ptem in supiorez volut mori qz dixit Verūtn
tn no sic ego volo s3 sic tu, go pari rōe vis rōnalis pot
sibi duos fines cstitue' Tercio aliquis pt ire ad sctm Jacobū
ex voto facto in caritate, id ex nāli pietate pt ire ad videdū
fratrē suu, go eadē acto pt esse ex caritate 2 ex nāli pietate, s3
caritas refert ad finez eternu, nālis pietas ad finez tpalez
go pnt cstitui duo fines vni9 actois s3 tpalis et etnū ē ze
Quarto sic, aliquis motu pt esse sil nālis et violentus, vt si
lapis impellit deorsu, in quantu pellit violentu e, in quantu
ve inclinat deorsu nālis est, s3 maior ē dist int motu
nālez et violētu, qm̄ int motu ex nāli caritate seu pietate
et ex caritate, go id pt esse motu ex caritate et nāli pietate
igr' ze Sz ista no cocludut con pdicta, Et go ad pmu in
dictu, q motu nē ordinat ad motu gre, gra enī pficit
ē nē, vn in ordine quodā se hnt nā et gra, vt in dilec
tione qd diligit deus, qz beneficiu, ac pea ex tēsa cosideratoe
diligit' qz bonū, s3 forsitan no erit id motu nūo s3 duo motu

ordinati. Sed ad illud qd dr. qz finis nec e in creatura. in
telligendum e qz aliqs finis e nalis in creatura. z alius sic volu
tatis pverse. Voluntas enim pversa ponit finem in creatura
ordinabilem ad finem summum. no est go sile de motu nec
et gre et motu voluntatis in finem tpalem et etnum. Ad 2m
rndetur qz ro no pt ordinate mouere si 2m deliberatoem consti
tuet equaliter finem deum. et id qd e nec neccrium. Nam motus
inferioris partis rois dz ordinari et sequi motum superioris pte
rois. qz alit pvertetur ordo. Ad id qd obicitur de xpo dicendum e
qz no e sile. nam voluntas illa qua voluit no mori fuit
motus rois. Et si dicatur qz oro fuit rois q dixit tns
eat a me calix. Dicendum 2m hylarium in libro de trinitate
qz xps id orat vt conuocatur spiritualitatis. Item qz no fuit
rois vt ro. sz rois vt na. ideo no e sile. nos enim lo
quimur hic de mou rois vt ro. Vtrum possit constituere duos fines
Ad 2m rndetur qz cu ro delibat de fine pietatis nalis. et
de fine caritatis. ad hoc qz sit ordinatus motus et meritorius
necesse e vt finis principalis sit finis caritatis. pt tn bn finis
nalis pietatis. sz visio prius vel finis apud sanctum Jacobum ee
ad accelerationem motus. no tn ex hoc constituentur duplex finis
principalis. Ad vltimum iam pz rnsio. et concedendum e. qz idem
actus pt esse ex na z gra. vt subuenire isti qz indigens e
consortis in na. et subvenire isti qz ad ymaginem dei e. no
tn constituuntur duo fines eque primi. qz finis nec ordinabilis
e ad finem gre zc. // Sed hic oritur dubium. Vtrum interdum pos
sit poni in creatura sic in fine. ita qz sit finis sub fine etiam
Ad hanc rndet Allexander de halis vbi supra dicens. qz aliquid
quiritur qz bonum. aliquid quiritur qz necrium. ppt id qd quiritur qz bonum
quiritur vt finis voluntatis. illud vo qd quiritur vt necrium.
queritur vt adminiculum pvectionis ad finem voluntatis. Dicendum go qz tpa
lia querenda sunt vt necria. no vt bona. et ideo ibi ppe no e con
stituendus finis pt motus meritorios. Interdum enim dr qs tenendum
ad primum finem sum. et hoc e qd dt Augustinus in sermone domini de
monte. Primum querite regnum dei zc. cum dixit primum. qz hoc querendum
e plus no tpe sed dignitate. id regnum z iusticia. tanqz bonum
nrm hoc. s. tpale tanqz nrm necrium. necrium aut ppter id bonum
Item qz tpalia no pnt quia sic bonum nrm. Dicit augustinus in ser
mone dni in monte. assumens id. querite primum regnum dei z
iusticiam eius. et hec omnia apponentur vobis. hic manifestis
sime ondit hec no esse appetenda tanqz bona nra. vt
propter ipa debeamus bn facere sic facimus. sz tn esse necria. Item
Augustinus in eodem. Regnum z iusticia bonum nrm e. z hoc appe
tendum. z ibi finis constituendus. ppter qd oia facimus. sz qz in
hac vita militamus. vnum sine hiis agi no pot. ex regno
relinquitur qz tpalia no possunt poni finis. ordinata simpliciter

dum

intencionis. Item quod queritur sicut necessarium itineri ut baculus vel vehi-
culum, sive viaticum, non queritur sicut finis itineris, si ergo ista tem-
poralia sint querenda solum sicut necessaria itineri ad regnum, non
erunt querenda sicut finis. Item res sunt ordinate sicut superius et
inferius, et res inferiores ad inferiorem finem, superiores ad superio-
rem finem, sed dicit Augustinus in sermone domini in monte, quod totaliter
aliter sit et homo, sublimius ordinatus est in rerum natura quam irraciona-
lia sicuti sunt aves, si ergo appetitus irracionalium fertur ad tempora-
le bonum, appetitus racionalium debet ferri super temporale bonum, ergo in-
ordinatum racionali creature cum temporalia appetere sicut bona sua
ergo in temporalibus non potest ponere finem suum nec constituere intencionem.
Item dicit Augustinus in sermone domini in monte: ipsa cordis intencio-
ne qua facis quod facis, sordidatur appetitu rerum terrenarum et tempora-
lium atque cecatur, ergo intencio ad terrena reflexa sordida est et ceca
restringitur, ergo ex hiis quod finis non potest poni in temporalibus
manente simplicitate intencionis. Sed contra predicta potest obici et
probo sic: primum querite regnum dei et iusticiam eius etc., tunc ergo primum
dicatur respectu secundi, si regnum primo querendum est et eius iusticia, tempora-
lia erunt secundario querenda. Regnum ergo et iusticia debet poni
finis principalis, et temporalia finis secundarius. Secundo sic Augustinus
in sermone domini in monte: querendum est primum regnum dei et
iusticia eius, id est hoc est preponendum ceteris rebus ut propter hoc cetera que-
ramus, si ergo id quod queritur quod finis est, et id propter quod querimus
finis est, sed ultimus, ergo temporalia queruntur sicut finis ad finem
quod est regnum dei. Tercio aliquis laborat in vinea eo fine
ut sustentacionem acquirat, sustentacionem autem ad hoc vult ut serviat
deo quod est iusticie, et per hoc perveniat ad regnum dei, constat
quod hic sunt intenciones et fines ordinati et laudabiles, sed
intencio sustentacionis que est finis laboris temporalis est, tunc ex hoc
quod refertur ultimus ad regnum dei et gloriam, laudabilis est, relin-
quitur ergo quod laudabiliter potest homo constituere intencionem et finem
temporalem, dummodo non sit ultimus. Sed istis non obstantibus
dicendum est prout supra dictum est, scilicet quod non potest constitui finis in tempora-
libus et patet ex hoc quia secundum racionem bonum et finis idem sunt, si
ergo temporalia non possunt esse [illegible] sit bonum, ut patet ex predictis, ergo nec sit
finis. Ad primum, super id: Primum querite regnum dei et iusticiam eius,
dicit glosa interlinearis: non quod post ista sed quia summum quod propter se et ex quo
noster appetitus, ex quo relinquitur quod temporalia non possunt queri sicut
finis ordinati sub fine summo. Et ergo ad primum quod obici-
tur dicitur quod primum dicitur duobus modis, uno ad comparacionem,
ad posterius non intelligitur prius et posterius secundum ordinem que
est finis ad finem, sic dicimus secundum ordinem, quod finis ambu-
lacionis ad ecclesiam est mansio in ecclesia ad finem orandi deum
quo non potest dici quod finis ordinate voluntatis sit temporale

relatu ad regnu dei, sed intelligetur prius et posterius
dignitate ut dicit Aug. 2m quod dicimus quod prius quiritur finis
ut etiam ambulanti ad ecclesiam. Posterius vero vehiculum ut
adminiculum perveniendi ad ecclesiam. Isto modo regnum et iusticia
dei prius queruntur, temporalia vero posterius. Si vero intelligatur per abne
gationem posterius, tunc planus est sensus. Primum quidem regnum dei
et iusticiam eius, id est cum ista non queratis. Ad 2m patet responsio ex
dictis, non enim quicquid queritur, queritur ut finis, immo aliquid queritur
ut adminiculum actionis sine instrumentum, ut cultellus queritur
ad incisionem, et baculus ad itinerationem, isto modo querenda
sunt temporalia. Aliud vero queritur ut finis, ut incisionis finis
est sculptura vel fabricatura, in quem modum et iusticia dei, sic
debet esse voluntate. Ad 2m dicendum quod finis sustentatio, sic
sit labor, non tamen debet esse finis voluntatis, quia sustentatio non
est querenda ut bonum rationalis creature, sed ut necessarium presentis vi
te, et ideo temporalis sustentatio debet esse in usu, non in delectatione affec
tum Aug. quidem regnum dei, et hec omnia apponentur, id est conferentur
tur sine ullo impedimento, si illa querantur, nec autem illa dabun
tur sed apponentur, quia aliud est quod principaliter datur, aliud quod super
additur, quia in intentione eternitas, in usu debet esse temporalitas, et illud
datur, hoc superadditur etc. ¶ Ad secundam dubitacionem quando queritur
posito quod aliquis sacerdos obligatus ad cantandum vel legendum
unam missam pro defunctis specialiter, et postea est obligatus ad aliam missam
specialem pro alio, utrum per unam missam possit ab utroque deobligari
a quibus occasione misse cantande vel legende aliquam pecuniam
recepit. Ad hanc respondet Holgoth super quo, et prius ad formam
quesiti, secundo ad intencionem. De primo sic distinguendo dicit quod non
casus potest, quod sit primo ad unam missam obligatus, et postea ad
aliam. Ponit exemplum sic Si aliquis obligatus ad duas missas per
sufficienter solvere celebrando unam. Sed iste obligatus est solvere
duas missas ergo etc. Probatur, quia si sic eadem ratione si esset obligatus
ad tres, posset sufficienter solvere celebrando unam tantum, et pari
ratione si ad mille etc, quod est omnino inconveniens, quia si sic tunc obli
gatus quo quodammodo ad unam, satisfacere posset per unam missam.
Si tamen ponatur quod obliget duabus personis ad 2o sub hac forma
quod utrique dicat sub hac forma et non aliter, legam tibi unam lec
tionem, tunc casus est mutatus, possum satisfacere per unam, quia
non obligavi me ad duas lectiones sed duabus personis. Sed secundo
non aliam formam sic ponatur quod presbyter sacerdos obliget se ad
celebrandum unam missam principaliter pro anima alicuius et ad celebran
dum unam missam principaliter pro anima alterius, tunc dico quod possit satisfacere
per unam missam pro utraque anima, et videtur mihi quod non. Ad cuius
evidentiam expono quid vocatur missam celebrare pro aliquo

vt videtur mihi quod missam celebrat principaliter pro aliquo, est applicare vel
intendere applicare missam sic anime alicuius quod sit quedam satisfactio pro
anima alicuius apud deum si indigeat anima alicuius. Dico tamen quod celebrare prin
cipaliter pro anima alicuius potest intelligi dupliciter. Vno modo quod intendat quod mis
sa sua valeat illius, et sic intendat quod plus valeat anime
alicuius quam alicuius alterius de religiosis, etc. non dicitur ad vtrumque vocabulum, quod cele
brat principaliter pro aliquo. Alio modo quod applicet missam, sic quod ce
dat anime alicuius in satisfactionem, licet velit quod prosit aliis per mo
dum orationis vel supplicationis. et illo modo dico quod non possit sa
tisfacere pro vnam vtriusque. Non potest quod intendat celebrare equaliter princi
paliter pro vtriusque anima, tunc satisfaciat vtrique. Dico quod sic intendere
pro nouis celebrat principaliter, quia aliud est dicere: iste celebrat
principaliter pro vtroque, et iste principaliter pro vtroque celebrat, quia
primum equipollet isti: Iste celebrat principaliter pro istis. et hoc
est possibile, sed tamen non facit secundum casum et obligationem prius po
situm. Secundum equipollet isti copulatiue: Iste celebrat pro isto
et iste celebrat principaliter pro isto alio, et hoc est impossibile eum
facere pro vnam missam. hec holgoth. Sed henricus de Gandauo
doctor solemnis in quolibeto suo dicit, quod tamen actualis feruor
deuotionis sacerdotis sit finitus, non videtur quod equalem affectionem
talis possit ad plures habere sicut ad paucos vel ad vnum, sicut etiam
non potest [illegible] ad plures sicut ad pau
cos vel ad vnum. Secundum quando missam sigillatim petunt ab vno sacerdo
te, quod dicat missam pro singulis, et tradit quilibet habitum
se missam [illegible], videtur quod sacerdos ad hoc quod petunt se non ob
ligare debet intendens dicere tamen vnam missam pro omnibus
nisi hoc omnibus explicaret, quia non dicitur supponere quod tamen debeat
affici ad plures sicut ad vnum. si hoc non facit, videtur eius volun
tas esse cupida et irrationabilis, et ideo non dicitur bona temporalia re
cipere pro missa dicenda pro talibus pluribus vt sic. quod cum promisit
iam dicere missam tali die pro vna persona non obliget se ad dicendam
eadem die pro alia nisi saltem hoc exprimat, scilicet quod iam debet dicere
pro alia. Sed non est supponendum quod aliquis velit habere missam ab
aliquo sacerdote vt religioso vel alio qui non est deputatus ad di
cendum missas ex necessitate, [illegible] credere solus habere missam. Secus
est de hiis qui volunt habere missas a suis sacerdotibus vel parro
chialibus, vel a suis ecclesiis. De talibus enim supponendum est quod intendunt
missas habere secundum rationabilem vsum et possibilitatem illius ecclesie
vel sui sacerdotis. Vna enim missa sue ecclesie vel sui sacer
dotis parrochialis plus valet dicta pro pluribus aliquibus quam
si singule pro singulis dicerentur. Et hoc declarat sic henricus
de Gandauo vbi supra. Aliquando enim ita sit quod pro pluribus
non possunt rationabiliter plures misse dici, vtpote eius parrochi
am vel canonica plures aliquis ecclesie qui ponunt diem priuatae

sua anniuersaria fieri in sua ecclesia, sic successiue procurat fieri
huiusmodi anniuersaria, que oportet plura simul concurrere, et quia hoc fit rationabiliter
et recta intentione secundum ordinem ecclesie, credo quod tantum vel forte plus
valet talis una missa dicta pro pluribus, quam si singule pro
singulis aliter dicerentur, cum scilicet a sacerdote ecclesie parrochialis huiusmodi
missa pro omnibus, qui sunt illi sacerdoti vel ecclesie specialiter et ma-
gis astricti, tunc enim magis etiam dicunt parrochiales sacerdo-
tes, et etiam ipsi pro quibus est missa dicenda, afficiuntur ad hoc, quod sicut
in vita reficiebantur bonis spiritualibus illius ecclesie, ut etiam ita post
mortem eisdem reficiantur. Et propter hoc etiam de bonis suis
relinquere procurant. Propter quod sacerdos in tali casu facit quod
potest, et rationabile tamen est ex parte utraque. Suppositum est quod defectum
intentionis feruoris actualis si deesset, supplet summus sacerdos quantum
ad effectum sacramenti, et quantum ad efficaciam quam habet virtus
misse. Sic ergo videtur mihi, ut dictum est de ecclesiis pluribus
quorum anniuersaria oportet esse simul una die, nec possunt habere nisi unam
missam. Et de sacerdotibus curatis respectu suorum parrochianorum,
scilicet quod tantum valet una missa pro pluribus sicut singule pro singulis aliter
celebrate. Sed non sic videtur rationabile de sacerdotibus qui
non sunt sic astricti illis pro quibus celebrare oportet, nec etiam
illi ecclesie in qua missa est celebranda pro illis. Et similiter non
sic est de religiosis respectu hominum exterorum, et ideo non debent bo-
na temporalia recipere pro missa dicenda etc. prout supra dictum est, hec Henri-
cus de Gandavo. Ex hiis patet solucio questionis istius quam mo-
net predictus doctor, ponendo talem casum, quod aliquis sacerdos obliget se
ad dicendum missam pro pluribus, qui hoc petunt sigillatim, et a quibus
occasione dicende etiam pecuniam recepit, utrum tamen valeat una
missa pro omnibus quantum valeret pro unoquoque una sola, [illegible] utrum
pro unam solam pro satisfactione, et ex dictis patet quod non, nisi omnino omnes
tales plures quibus sacerdos est obligatus vellent habere unam so-
lam missam. Ut etiam dicit doctor predictus, et in casu ut dictum
est de ecclesiis pluribus, quorum anniuersaria oportet simul fieri una die, et de
sacerdote parrochialis ecclesie respectu suorum parrochianorum, et quod
missa pro multis non tantum valeat unicuique eorum, ac si specialiter
pro uno solo celebraretur, ponendo etiam quod quilibet eorum indigeret.
Patet ex hoc quia valor misse per modum distributionis cedit cuilibet in
partem satisfactionis apud deum secundum equalem porcionem secundum
numerum personarum pro quibus fit, et pro quanto plures sunt tanto
unusquisque minus habebit. Nam valor misse, quamuis possit preue-
nire aliquem ex purgatorio existentem, est finite virtutis. Sic posito sit
quod alicui sufficeret una missa ad satisfaciendum pro omni debito
in quo tenentur quandoque homines obligati ad qualemcumque penam
in purgatorio, et sic [illegible] dicerentur plures misse, quod non videtur
verum. Nec si missa generalis dicta pro ceteris, tantum valet unicuique

quantum si esset dicta specialiter et principaliter pro vno. irracionabiliter ordinaret vel permitteret ecclesia quod vnum celebraretur specialiter pro vno sed semper deberent celebrari pro omnibus existentibus in purgatorio quia omittendo celebrare pro omnibus, et celebrando pro isto, inde accipent isti, et multum deperirent alijs, et sic tota ecclesia erraret, que vbique seruat oppositum. et ideo non videtur racionale, quod missa vna celebrata pro cunctis valeat vnicuique illorum, quantum valeret vni eorum si pro eo specialiter et singulariter celebraretur. et hoc loquendo de valore per modum satisfactionis. Vnde hic est notandum, quod misse ex genere psalterium, et quecumque quecumque oracio in ecclesia facta a communitate pro defunctis simpliciter sibi valet. Vno per modum supplicacionis. et sic tunc per modum ... tis per vnicuique equaliter valet. at si specialiter pro vno fiet. Alio modo per modum satisfactionis. sed vt missa vel alia oracio sit quoddam positum in partem satisfactionis debite deo a defuncto. et non potest valere omnibus equaliter. Et ad hoc ostendendum pono exemplum. Ponamus quod aliquis obligetur regi et quilibet in x. tunc si quis liberet eos per oraciones apud regem. manifestum est quod tantum potest oracio vnicuique quantum si fuisset specialiter pro vno. Sed si liberaret eos per modum satisfactionis, volendo soluere solucionem in parte et offerret regi x. pro satisfactione, est quod magis valebit hec solucio vni de istis x hominibus. quia si fieret singulariter pro vno. quia si fieret pro vno singulariter fieret totaliter liberatus pro suo debito. modo autem non est totaliter liberatus. si soluit regi x pro omnibus. quia non satisfacit pro eo nisi secundum porcionem que sibi ... et sic non reciperet ... de x dimisso ... personas. et sic non reciperet ... pro ... de x ... plus teneba... in x tantum pro ... nisi vnitatem. et ... non plus ... decimam parte debiti sui satisfecisti. Et quia ... ecclesie est vt celebrando missas pro defunctis. non solum impetrare defunctis remissionem pene quam tenetur sustinere. per modum supplicacionis ... oracio pro eis, sed eciam per modum satisfactionis, debitum pro eis soluendo deo, et eorum in ieiunijs et elemosinis et alijs operibus caritatis. Ideo dico quod non tantum valet missa dicta pro pluribus. Sed est non tantum satisfacit pro vnoquoque de multis si sit pro eis. quantum valeret vni de illis si pro eo specialiter fieret. aliud non video. quomodo irracionabile et crudele foret sacerdoti aliquam missam specialiter celebrare pro vno. Aliter si dicitur quod missa solum valet per modum oracionis illis pro quibus fit, tolerabile esset probabile, quod tantum valeret de ... vnicuique quantum si pro vno fieret specialiter, tamen iudicando de deo secundum condiciones ... humane. non videtur visibile, quod deus ... facilius concedet supplicacionem que peteret remissionem ... debitorum. sic supplicacionem ... extensam, que fieret pro vno debitore tantum. que procedit a ... caritate. et ideo finaliter estimo quod missa regulariter loquendo tam per modum oracionis quam per modum satisfactionis plus valet vni si pro eo singulariter fiat. quam si fiat generaliter pro eo et pro alijs. licet per modum oracionis possibile sit si deo placeret, quod equaliter valeret. Sic plus dictum est hec holgoth vbi supra. Ex istis ipse infert vnam conclusionem quod obligatum ad celebrandum vnum annale pro ... principaliter. non potest illas

missas celebrare p v nc pro aliquo alio sine fraude Secun
tm e si sit obligatus ex conventione q debeat celebrare pro q
sic tn q liceat sibi adiungere alios duos vel quatuor vel plures adiunge
tunc in tali casu sacerdos sic conductus pro alios conducere [illegible] q
si pro solo fuisset celebratum Ex istis patet sacerdos parrochialis
qui tenet principaliter celebrare pro parrochianis suis seruit etiam
vivis et defunctis, adiungere aliquos pro eis suum vel equaliter animas sua
Ad hoc respondet holgoth vbi supra dicens videtur q potest
etia q non, q si aliquos pro eis suum addet ad illam multitudinem
iam forte vinginti recipienda de valore cuius misse fo
ret diminuta, et hoc p intentionem et actum sacerdotis adiungentis
aliquos pro eis sum ad alios, sibi qua ratione posset addere unum
posset addere .2. 3 et vel plures, et sic si teneatur celebrare p certis
personis, posset eum principaliter addere 4 tunc 2 celebrare p dictis
quem, et sic defraudaret parrochianos omnibus sicut, q missa
sa celebrata p dictis, non tn valet medietati quantum valet
si specialiter pro illa medietate fiet Ex qua hec patet obiectio, q si
illa sup valet, sequitur q vtilius esset homini manere in parrochia parva
vbi non erant nisi tres vicini, 2 unus sacerdos parrochialis quam in par
rochia vbi erant mille persone, ad vno sacerdote parrochiali
tm, ita q missa dicta p parrochianis, plus valet cuius pares
illis quam si dicit pro illis et pro aliis, Ad hoc respondet holgoth
vbi supra dicens, q ratio non valet de forma, q licet in parrochia
melius esset quantum ad hoc quod est quo ad particularia suffragia sa
cerdotis, habitare in parva parrochia quam in maiori, non tamen
q foret melius simpliciter, si pensata sola eius utilitate que pro
venit parrochiano vnico vel defuncto ex multo vel suffragiis
sacerdotis suiente parrochie, vnde q conclusio sit concedenda non
tn sequitur q melius sit simpliciter, q forte persona magis proficit
et plura bona facit in magna parrochia quam in parva 2e
Ex quo patet sic obiectio, missa generaliter pro omnibus defunc
tis, tn valet quantum specialiter si pro vno dicetur vt de q di v c
Non mediocriter vbi d. oratio vnius valet psalmus vel missa,
dicta pro centum sicut si pro quolibet illorum dicetur, vbi go ex hoc q
illa dicta supius sunt falsa, Et hoc non concludit contra parrochiam bene
de sepultura 2a glo. sup c sicut hoc solent dicere, q p[illegible]
to e q plus prosit specialis oratio quam generalis, 2 q honor videtur
defferi ei pro quo fit, et de hoc dicitur exemplum de claustro pomorum
oblato abbati, quem comedat monachus, licet abbas magis
honoratur, 2 tn de pulchro gaudet, Sic 2m sumore maior honor
e esse christianum etiam catholicum, communis quam aliquis licet equaliter habunt
det Abbas exemplificat de sole q cum personis habentibus lumina
existens sub lumine facit participetur lumen sibi Ro. andree et
q si consideramus valorem orationis, 2 aliorum suffragiorum ex parte
ipse caritate, que vnit meritum etiam, tantum est si fiat pro multis
sicut si pro vno, q caritas non minuitur, sicut affectus distribuitur in multos

ymo potius augetur, non enim caritas est minuta, nec querit que sua
sunt [illegible] caritas / Sed in quantum oratio vel suffragium fit pro
defuncto in quantum ad satisfactionem, tunc maior est satisfactio facta
pro uno quam si fiat pro multis, ex divina enim iusticia dividitur
illud in multos pro quibus fit et remanet minus de quantitate
respondente cuilibet [illegible] mediocriter, quia secundum in
telligi primo secundum incrementum [illegible] vel missa consideratur ex virtute
caritatis, et de hoc ubi in glosa / Et hec idem patet per beatum Thomam dicto
super quartum d. xl. q. [illegible] 20 / Et ratio diversitatis est
quia suffragium in quantum est satisfactorium habet finitam efficaciam
et ideo distributum in multos minus prodest singulis quam si fieret
pro uno, et hoc tollitur exemplum de lumine, id enim quod prodest
pluribus sic [illegible], et ideo similiter non est bonum, licet bonum illud plus esta
ret, in quantum orationis valor consideratur ex virtute caritatis. Sed alia
[illegible] supposita procedunt / Sed si quis tamen suffragia que fiunt
pro uno, prosunt etiam aliis, cum non sunt tamen illi soli / De hoc re
spondet [illegible] in summa de pena que quibus mortuus et s.
et notandum ubi loquitur suffragia, ubi recitat opinionem hugonis
quod soli ei prosunt pro quo fiunt. Et contra quod ecclesia prodest omnibus de
functis, et hanc approbat / Sed alii tenent contrarium quia iusticia
humana imitatur divinam in quantum potest [illegible] vadit. Sed
solutio debiti facta pro uno non prodest alteri / Et in hoc bene
Thomas ubi supra q. 20 dicit quod si consideratur valor suffragij ex vir
tute caritatis, tunc suffragia plus valent ei qui est magis plenus
caritate, etiamsi non fiant specialiter pro eo, et procedit hec consideratio secundum
quandam [illegible] delectationem, secundum quam [illegible] in caritate de bonis
aliquis delectatur post mortem. Sed si valor consideratur ex parte satisfac
tionis secundum interiorem facientem, dicit quod plus valet ei pro quo fiunt
quo ad pene dimissionem / Concludit bene Thomas ubi supra, cre
dibile esse quod si aliquid de specialibus suffragiis supersit, ut quia is
pro quo fiunt non indiget, per divinam misericordiam potius aliis conferetur.

¶ Ad terciam dubitationem qua queritur si sacerdos qui se obligat
ad legendum tricesima pro defunctis ad hoc ut satisfaciat debeat
ipsam continuare sine interruptione, vel an possit satisfacere cum
incipiendo et complendo ipsam post interruptionem / Pro cuius visione
est primo notandum, quod pro officiis mortuorum, alii tertium diem
alii tricesimum, alii septimum, alii quadragesimum observare con
sueverunt. De hoc habetur secundum [illegible] / Et 30 die et septimo
habetur ex glosa [illegible] / super id Gen. ultimo, flevit eum cum Jacob
Egiptus lxx diebus, que dicit / Septenarius enim requiem significat
unde una dies sabbatum i. requies dicitur. Celebrant ergo septimam
diem mortuorum, optantes illos cum deo requiescere a labori
bus presentis vite. Hic ergo dicitur flevit eum Egiptus lxx diebus, quia
est decuplatus septenarius / Et subdit glosa, vel etiam dici quia sic
3a dies mortuorum agitur cum fidelibus, ut etiam qui est triplex
ne requiescat, ita septima dies celebratur, ut alia corporis requi
escat, que [illegible] lasciviente peccat. In septenario sunt
tria et quatuor. Quaternarius pertinet ad animam, que invisibilis [illegible]

et racionalis est. Quaternarius ad corpus, ex quatuor constat elementis
hec glossa, vel propter dici quod 30 dies observantur circa officium mortui, ut
in trinitate dei requiescat quam vivus credidit. Nona ad dies agitur
ut in septima etate que est in sepulcro requiescere mereatur, vel ut septifor
mi gracia quam vivus credidit satietur mortuus. Sed xxx dies
pro officiis mortuorum consumantur ut sicut omne gaudium an
tiquorum patrum quod per septem et modernorum per viii significatur per hunc
numerum impleri. Unde et viii faciunt xv, xv et xv faciunt triginta. De
hiis diebus habetur ex glossa ordinaria Deuteronomii ultimo super illo: Mortuus
est Moyses etc. Et fleverunt eum filii Israel in campestribus Moab
xxx diebus, dicit glossa: hinc videtur orta consuetudo ut fidelibus
mortuis xxx diebus pietatis officia persolvantur, quamvis dies
observantur ut mortuus quiescat in eo qui xl horis requievit in
sepulcro scilicet Christo etc. Secundo est notandum quod illum diem quem communiter
vocant tricesimum, aliqui sacerdotes obligantes se legere pro defuncto
xxxta missas ex consuetudine introduxerunt et vocant tricesimum
et ius consuetudinem sacerdotum, secundum quam vocant diem precium
mota est hec questio. Tercio est notandum quod deviare per certum p
liberatione anime de penis utpote xxx dierum, vel xxx missas que
in xxx diebus compleri possunt, ita quod citius liberari non posset, vel quod ille
completus statim liberari deberet, vel quod tricenarius non posset prodesse
defuncto nisi fieret completa sine interrupcione, reputo esse fictum et
superstitiosum, quia staret quod esset aliqua anima que haberet in se pauca
punibilia, que posset per pauciores dies quam xxx liberari et a
penis absolvi, prout de una infra patebit, que liberata fuit per
tres missas solum. Et staret quod aliqua anima esset que haberet
in se multa punibilia, que a penis non posset liberari per multos
annos, et forte per centum vel mille vel usque ad diem iudicii, cuius
quantitatem pene in essencia solus deus cognoscit, quia ipse deus sicut est
cognitor omnium cordium, ita eciam et intencionem supplicancium. Ut habetur
expresse q. v. [illegible] go, et c. ad quod videmus. Item de quodam le
gitur quod elegit per duo milia annorum esse in purgatorio, et non
per suffragia vivorum que pro eo continue fiebant duobus annis
permansit. Nam sic legitur in libro Barlaam Iozaphat, quem Da
mascenus transtulit de greco in latinum. Quidam iuvenis episcopi
huius cognatus, fretus milicia, Cistercien ordinis, postea ordinem de
serens, factus predo, in obsidione cuiusdam castri telo est sagittatus.
Non sperans mortem evadere, a sociis deportatur, sacerdos vocatur, cui
dum plurima scelera confitetur, ab illo sibi penitenti dei venia dene
gatur. Ait ille: Ex quo mihi divine veniam peccatori et suum regem mihi
denegatis, Eligo mihi duo milia annorum in purgatorio, ut saltem
huius completione consequar meorum peccatorum veniam. Rogo tamen ut penitenciam
meam cognato meo tuo episcopo referatis. Et hinc dicto spiritum ex
piravit. Cum autem sacerdos que gesta fuerant episcopo retulisset, constituit
barones per totam suam diocesim pro eo, et pro fidelibus defunctis missam
per annum continuum quottidie celebrari. Quo finito, dum episcopus missam
pro defunctis personaliter celebraret, apparuit ei defunctus pallidus
et exilis, statum suum voltu et habitu representans. Cuius statum dum ille

diligenciam indagaret. Qui inuenit eum in penis sic, et de penis remo
sed per varias orationes et elemosinas. tamen iste a mille annorum
purgatorium me absoluit, et si adhuc pro te vno anno adunaret
a penis omnibus liberaret. Quod audiens episcopus gratias egit deo. Fi-
nito itaque anno cum missam de more celebraret, apparuit ei in
veris facie serena quamuis veste clarissima dicens ei. libera te in
seruitute deus a cunctis periculis et tormentis, sic me miserum a di-
uturnis cruciatibus liberasti. Et licet legatur ex gestis sanctorum, quod multi
tamen anime per xxx missas a penis sunt solute. Nusquam tamen legitur
quod hoc possit esse verum de omnibus animabus in penis existentibus
et ab eis solum possibilibus per suffragia viuorum. Et eciam quia tale
tempus obseruare circa missas, que pertinent ad cultum diuinum, non pertinet
ad reuerentiam dei, quia sic ponitur spes in modo legendi missas
quod est superstitiosum. prout elicitur ex dictis beati Thome in secunda secunde questio
circa questionem in visione principali. Et quia eciam tale tempus obseruare circa
missas, de se non pertinet ad dei gloriam, neque ad hoc quod mens hominis
feratur in deum, aut quod carnis concupiscentia inmoderata refrenetur, et eciam
fit preter dei et ecclesie constitutionem, et totum hoc reputatur esse superfluum
et superstitiosum in cultu diuino, ut dicit beatus Thomas in secunda secunde questio circa non
conuisione principali. ergo tempus predictum circa xxx est superstitiosum obseruare.
Tercio est notandum, quod xxx misse pro defunctis xxx diebus continuan-
ter succedentibus sine interruptione temporis predicti non bene possunt ab aliquo
continuari. tum propter solemnitates ecclesie constitutas, in quibus sacerdos
aliam missam quam pro defunctis legere debet, utpote missam illius solemnitatis.
tum eciam propter fragilitatem humanam, ex qua sepius sacerdoti veni-
unt plurime indispositiones et impedimenta, propter que inhabilis
efficitur ad celebrandum. Ex hijs post sequitur quod sacerdos obligans se
ad legendum xxx pro defunctis, non debet promittere nec uterque habe-
nt ipsas perficiat sine interruptione, quia aliter promitteret quod bene imple-
re non posset. et tamen promissum implere debet, alioquin fidelitas non
esset in eo, quia secundum beatum Thomam in secunda secunde questio lxxxviij articulo 3o quod dicit
ad fidelitatem hominis pertinet, ut soluat id quod promisit. Et deute-
ronomium quod semel egressum est de labijs tuis, obseruabis et facies sicut
promisisti. Ex quo ulterius sequitur, quod obligans se ad xxx et promit-
tens eam implere sine interruptione eo ipso quod sic promittit peccat
quia promittit id quod non bene implere potest, tum non implendo est periurus uel
ex alijs circumstantiis predictis, et sic per talem promissionem ligat se periculo. tamen nec
alius se inmittere debet, videlicet per beatum Thomam ubi supra articulo 2o. Pro tercio, tamen licet a-
lius se inmittere debet. ... Pro celebratione cum libera-
tione anime illius defuncti, pro qua sacerdos obligatus est ad legendum xxx,
ut tamen debet legere aliam missam quam pro defunctis ut missam solem-
nitatis, reputandum esse bonum, ut illam pro intentionem applicaret illi
defuncto vel satisfactionem, quia secundum Petrum de Tarantasio super 4o
quantum ad virtutem sacramenti, equaliter valet defuncto quecumque
missa, sed quantum ad virtutem orationum plus valet missa pro defunctis
scilicet requiem eternam etc. quamuis tamen expressius potest recompensare maior
deuotio celebrantis, vel sanctus pro quo celebratur. Pro tercio tamen
non tamen satisfaceret sue obligationi, quia obligando se ad xxx

obligat se ad missas pro defunctis vel saltem se ad illas obli-
gare intendebat. Ex premissis sequitur quarto responsio ad questionem scilicet quod sacerdos
qui est obligatus ad legendum xxx pro aliquo defuncto satisfa-
ciendo sic obligationi per ipsarum complementum per interruptionem patet ex 2o et
quarto notabilibus. Verumtamen contra hec videtur esse id quod refert beatus Gregorius
in libro dyalogorum quod quidam episcopus infirmitate pedum que podagra
vocatur laborans, dum ad consilium medicorum glaciem pedibus suis
supponeret, quasdam de ipsa glacie voces lamentabiles audiuit
et admirans ait, adiuro te per deum tremendi iudicii dei ut di-
cas michi quid sis, vel quare vellis quod vocem in hac glacie audiui.
Cui respondit vox dicens: Admirande pater non indiges, quia et ego
quondam homo romanus et episcopus creatus et pro peccatis meis ad hoc tormentum
deputatus sum. Et episcopus humana compassione permotus ait Estne aliquod
remedium per quod posses ab hac penali glacie liberari. Qui respondit
Si xxx missas diebus continuis sine intermissione legeres, scio
quod me ab hoc tormento absolueres. Quo audito episcopus sic conuenit
obligatus confestim abiit, et missas dicere cepit. Cum autem partem missarum
proximam celebraret, factum est tumultum per totam in ciuitate, et venerunt mi-
nistri episcopi clamantes et dicentes nisi statim succurreris ciuitas tua
omnes qui in hac urbe sunt cedibus occidentur. Hiis auditis episcopus mis-
sas interrumpens ad forum currit et pugnam que exorta fuerat
sopiuit. Altera autem die considerans quod bonus quod deuocionem missarum
continuato hesterno impedimento interpellata fuisset, iterum ab ini-
cio cepit, et usque ad xx missarum numerum peruenit. Cumque vicesimam primam
celebraret, tanta inundacio aquarum subito exorta est, ut sui spacio
iterum missarum celebrationem ipsum interrumpere oportet. Iterum autem ab ini-
